

Chronologia Dani-  
ca. sive  
Manuscriptum Seb.  
127 bijense.



U. B. BERGEN

Ms. 127

U. B. BERGEN


Ms. 127

Ms 127

Manuscriptum  
in  
Templo Skibbÿensi  
Icelandia

Singulari quodam casu repertum

Anno. MDCCL.



Detta Manuscript blev förändrad i Prellaud i Lib.  
bije Kroatiska Mäns Sag tillkommit iunderligt und ad.  
ifkellige andra Orderna, da und nu So Gærdhja blev  
iudbrindt nogle Stener des paa Stædet, des man kan  
kald paa Mænsen, og for naar, at des was souit  
indru til. Anno 1650.

15

Anno ab orbe Reconciliato Milleſimo Quadrageſimo Sexto, electus eſt in Re-  
gem Danorum Sweno quidam, Canuto Dux ex Torore. Estride Nepos, à qua etiam  
cognomentum accepit, repudiato Patris ſui Ulffonis cognomento, ob maternam pu-  
dicitiam ab eodem Ulffone, proteſtu legitimi conjugii, maximo dolo ſtigmata, unde non eſt vulgo dictus ab Ulffone Patre, ſed Estrida Châtre Sweno Estrid-  
ſon. Hic inter multos, quos genuerat, filios duos habuit, in ſigni pietate  
ac ſubtilitate viros, quæ erant maxima Patria ornamenta, quorum primus die-  
tus Canutus, Martyr Dei electus, ſi quando ottonio à perfidis Sutes et Theo-  
nibus in cauſa Pietatis et Religionis interfectus occubuit: glorioſiſſimus  
evafit: Secundus vero Ericus ex re ipſa Cognomento Bonus, ſolo Martyrio  
Canuto fratre minor, in cæteris v. Pietatis dotibus aut equalis, aut etiam Ma-  
ior: Anno à Regni ſui Octavo Hieroſolimam profectus, mortuus eſt in  
Cipro, Inſula toto orbe famoſiſſima, ubi etiam non ſine grandi miraculo  
ſepultus eſt, eadem Inſula ab illius ſepultura defunctorum Cadavera conti-  
nente, quæ antea continere non poterat. Igitur ex his præclaris viris  
propagationem eſt, quidquid Regia Serpis nunc reperitur in his 3 Regnis, quod  
ex ſubjecta Genealogia licet clarius deprehendi poteſt.

Canutus enim poſt Haraldum Fratrem cæteris fratribus etate gran-  
dior, uxorem duxit, Biliam Comitis Flandria, ex qua filium unum nomine  
Carolum, duasq; Filias, Cœciliam et Ingridiam genuit. Carolus iſte  
factus poſtea Flandria Comes hereditario jure, creditur Patrem fuiſſe mil-  
itorum ac Magnorum Principum, inter quos plerique non tam ditionis quam  
nomenis fuerunt Heredes, ab hoc Carolo frequenter Caroli nuncupati:  
Ingrid vero junior filia nupſit cuidam Domino Solazoni, viro in hœc  
nobiliſſimo, cui genuit Benedictum quendam Patrem Magni Chane-  
ſcolæ, à quo ex Ingrid Ulſve genitus eſt Nobiliſſimus quidam Dux  
Dirgerius cognomento Serll: hic igitur quarto gradu diſtans à S. Canuto  
Rege et Martyre, factus eſt Pater ſi ut videbitur: duorum Regum Val-  
demari et magni Adelaas.

Ericus v. Bonus ſi de quo paulo antea, genuit Canutum Ducem et S.  
Martyrem, Patrem Waldemari Primi, Dan. Regis, cuius filia, Ky-  
riſſa nomine, nupſit Erico, Regi Suecorum, filio Canuti, filii S. C.  
rici Regis et Martyris, genuitq; eidem Ericum Regem, ex re Cognomen-  
to Blaſum, quæ abſq; liberis mortuus eſt, et Ingeburgam Filiam:  
Hæc filia, linea quarta diſtans ab Erico Doro, ducta eſt uxori à Duce  
Dirgero Serll: totidem gradibus à S. Canuto Martyre, Erici Boni  
Fratre diſtante, genuitq; duos Reges Waldemariam & Magnam  
Adelaas.

Doro Waldemarius duxit uxorem, Biliam Regis Danorum,  
Sophiam nomine, cuius Pater Ericus Waldemari Regis: quæ Danis Re-  
gem ſcripſit, ac in Ordinem redegit, filius à Fratre ſuo Abbele eſt  
doloſe interfectus, quæ res cauſam dedit Waldemaro, per petrandi  
ob quod regno et diademate eſt ſpoliatus; habebat eni Sophia Regina

Sororem, nomine Judith, quae interfecto Patre, Sorores desiderio ardens, postquam in Sueciam venisset, ab Hysso Rege, Sororis marito, compressa est, maxima Regni Sueciae turbatione: Waldemaro igitur fugato, ac Tandem sine legitime liberis defuncto successit Frater eius Magnus, cognomento Ladelaas, qui ducta Filia Comitis Holfatiae in uxorem, genuit tres Filios, Birgerum Regem, Waldemarum et Ericum Duces: Porro Birgerus, interfectis fratribus suis, et amisso Filio suo Magna, qui ob Paternum scelus capite truncatus est, fugiens in Daniam, spūū mortuus est, et Ringstadii sepultus. Hic perisset Regium Semen, nisi Dominus in Erico Duce interfecto sibi posteritatem reservasset; quandoquidem iste Ericus tertius filius, Magnus Ladelaas Regis, olim ex Avinionensi reuersus, quo fuerat peregre profectus amore et desiderio summi Pontificis ibidem tunc Sedem habentis, duxit uxorem Filiam Regis Haquini Senioris, Norvagiae Regis, ex qua binam prolem sustulit, Magnūm Ormeg, Regem Sueciae et Norvagiae, Patrem Haquini Junioris, Mariti Margaretha, Reginae S. Regnorum, et Euphemiam Filiam: Hic iterum perisset Regia Stirpis Propago, quia unicuique Haquini et Margaretha filius Olauis nomine sibi liberis ante diem obiit: nisi Dominus hac Filia nobis Semen providisset; siquidem haec Euphemia facta est Mater Maltonum Magnorumque Principum; Nupsit a. Duce Magnopolensi, cui peperit Albertum, postea Sueciae Regem, et Henricum Ducem, qui duxit uxorem Filiam Waldemari Regis, Sororem Margaretha Reginae, ex qua genuit duos Filios; Prima nupsit Duci Bomeraniae, cui peperit Ericum Regem S. Regnorum. Secunda v. nupsit Duci Bavariae, cui peperit Christophorum etiam S. Regnorum Regem; Hic iterum ex stirpe scintilla, quoniam tam Ericus quam Christophorus sine liberis mortui sunt, nisi supra dicta Euphemia Norvagienensis succurisset nobis in Filia, quam, post duos Filios Albertum et Henricum, peperit Duci Magnopolensi, nomine Ingeburgem; Haec filia nupsit Henrico Comiti Holfatiae, peperitque illi Perardum Comitem, qui, ducta uxore Elisabetha, filia Ottonis, Ducis Brunsuicensis, genuit Filiam, nomine Helvig, quae cum nupsisset Friderico Comiti Oldenburgensi, peperit eidem tres Filios, Ottonem et Perardum, Comites ac Christianum Imperatorem Danorum Regem Patrem duorum Filiorum Johannis et Friderici, quorum uterque regnavit, diversa tamen sorte, ut ex sequentibus patebit.

Mortuus igitur Christophoro Rege, filio Ducis Bavariae, Anno restituta salutis nostrae 1448. Electus est in Regem consilio Domini Adolphi, Ducis Holfatiae Christianus Imperator, ejusdem Ducis Consanguineus, qui, ducta uxore Dorothea, relicta Christophori, praecedens fuit, quae peperit duos filios, Johannem et Fridericum, et Filiam unam Margaretham nomine, quae Regi Sotorum uxor facta, genuit Jacobum Regem Scotiae,

qui pugnans aduersus Anglos fertur in Bello occubuisse. Huius Christi-  
 erni temporibus defecit Suedia Regnum à fœdere 3 Regnorum, Plecto sibi proprio  
 Rege, Carolo Caniti, Marscalco Regni, sed maximo suo malo. Ob hanc en:  
 defectionem afflictum est gravissima calamitate Suedia Regnum usq in pra:  
 sentem diem; Considerantes en: Proceres Regni Cordatiores tam facti  
 quam profani Caroli Regnum in Tyrannidem esse versum, nec servare Re:  
 giam Adem Regni Incolis iuratam publicè, à Carolo deficientes, cumq e  
 Regno deturbantes, postularunt Regem Christiernum, qui ad sumpto Regni  
 Diademate paucis Annis regnavit in Suedia, seditionem aduersus Illu<sup>m</sup> mouen:  
 tibus quibusdam Suedis, natura factiosis, Carolo jam ad Regnum revoca to,  
 ex urbe Gedanensi, in qua septem annis exilium passus fuerat, paucis tamen  
 diebus à Reditu supervixit; Subrogatus igitur in locum Caroli Steno qui,  
 idam Sture, qui iam non amplius Regis, sed Suberatoris titulo ornaretur,  
 ad suadente Carolo Rege, eodem Stenoni ex Sorore sibi Nepoti, ob Suetici  
 populi perfidiam, adeo Regibus insidiosam, ut vix diu Regium Princi:  
 patum absq Rebellionem sustineat. Rebelleavit etiam Idem Steno ad:  
 versus Regem Christiernum, Regisq obedientia adhuc bona fide adho:  
 rentes; qua Rebellio multis fuit occasio tribulationis et ruinae, ut  
 ex sequentibus patebit.

**PRIMO**, cum Christiernus Rex esset natura Clemens et Egregius  
 pecuniarum contemptor, nec odii tenax, aut Injuriarum Vindex, idcirco  
 habuisset suo Saeculo Regnum minime Violentum, parum etiam cru:  
 entium, si Calumniatores quidam Spūs Simplicitate nob fuisent abusi, in  
 magnam Regni Suedia perniciem. Archiepiscopus en: Upsalensis D: Johannes  
 Benedicti, vir Nobilissimus, delationibus quorundam Calumniatorum, à  
 Rege Christ. captus multis ludibrijs affectus, in Daniam etiam missus,  
 ibidem magnam passus est calamitatem, verum summa Injuria: Archi:  
 Episcopi namq Beneficio adeptus erat Rex Christiernus Regni Diadema,  
 qui Patria Libertatis succensus amore: Edis habens Caroli Regis maxi:  
 mam perfidiam, crudelissimam Tyrannidem, atq insatiabilem avaritiam,  
 semper restitit Carolo Rege, Principi perfidissimo, quem sciebat etiam  
 contra 3 Regnorum solenne fœdus, privatis quorundam suffragiis, e:  
 lectum fuisse Regem; Rex tm: Christiernus cognita Calumniatorum  
 malitia, à Captivitate absoluitum Archiepiscopum in Suediam magno  
 cum honore remisit, qui restitutus gradui pristino, contempta Captivi:  
 tatis injuria, ad mortem usq, magna Suedorum perfidorum admiratione,  
 permansit Regis Christierni Regno et Principatu fidelissimus.

Huius Christierni temporibus anno Dni 1462 gravi incendio ac  
 depopulatione vastavit magnam Scania partem Carolus Rex, Christi:  
 erni profidia ex reliqua parte Daniae prohibente glacia, mare  
 Balthicum adeo replente, ut nusquam haberetur in Scania trajectus;

Anno Christi 1472 visus est Cometa magnis per totam Europam, quo anno vita defunctus est Reverendis simis Archiepiscopus Lundensis, Sactæ Theologiæ Professor D. Niis Vibergensis; cui successit vir Nobilis D. Johannes Brostorp, Christiæni Regis Cancellarius.

Anno 1474. Christiæni Rex Veterium Principum Religione ac Pietate comotus, Romam peregrinè profectus est sub Pontificatu Sixti quarti, à quo idem Rex impetravit facultatem erigendi publicam Academiam in Civitate Hafniensi.

Anno 1476. Ejectis Monachis, Ordinis S. Benedicti, Monasteriū Ottonensis, introducti <sup>quatuor</sup> Cellares Canonici, magna Monachorum iactura et iniuria, ut trisq; igitur de jure loci et Reditiuum certantibus; tandem post quatuordecim annos, victoribus Monachis restitutum est monasterium.

Anno 1477. missi sunt ad Ernestum Ducem Silesiæ à Rege Christiæno parantimphi, quidam Ernesti Sillam, Christiænam nomine, sponsam dicitur D. Joanni, Electo Regi Danorum, Primogenito Filio Regis Christiæni; eodem anno initum est foedus inter Danos et Svecos Calmarie, sub gubernatione Henonis Stiære, quod multis annis utriusq; Regni bono duravit.

Anno 1478. Celebrata sunt Nuptiæ inter Scarinem Regem et Christiænam Filiam Ernesti supr. dicti in Civitate Hafniensi, presentibus ibidem multis Principibus Vitæ.

Eodem Anno venerunt ex Colonia incepturi novam Academiam in Civitate Hafniensi, Mag. Petrus de Scotia, S. S. Theologiæ Baccal. ; Mag. Petrus Alberti, Medicinæ Licent. ; Mag. Sillmannus Lect. Sclvensis de Kuremunda, Regim. Baccalarij qui professu temporis promoti sunt ad Doctoratum, singuli in suis facultatibus.

Anno ab orbe Redempto 1481. Christiænius Gothorum Rex inter Pascha et Pentecostes cum jam regnasset annis ferme triginta tribus, diem clausit extremum, postea sine armis et victorius potens, misericordia, gloria et magnificentia dives, Fide vera et Religione pius, sepultus est Roschildia in sacello quodam a se constructo et fundato, atq; amplissimis possessionibus dotato, quod ad australem partem aditharet Basilicæ S. Lucii, Martyris, cuius religiosus cultus, sacra quod Divorum reliquia ex urbe Roma delata, quæ ibidem videntur, testantur Christiæni Principis religiosam Pietatem; Huic Christiano Principi successit in Regno Primogenitus ejus: nomine JOANNES.

Anno 1482 celebratus est solennis Dominorum Conventus in Civitate Calundeburgensi, ubi Fides Castrensium omnium Regni Castrorum resignata fuit D. Joanni, Electo Regi nondum Coronato.

Eodem Anno mortuus est Reverendus in Christo Pater, D. Joannes, Episcopus Arhusiensis, qui ut erat vir gravitate et auctoritate clarissimus, ita erat Christiæno Regi carissimus, ex Archidiaconatu Arhus. ad Episcopatum electus, cum ob insignem probitatem, tum v. ob singularem doctrinam, fuit n. utriusq; Juris Doctissimus Licentiatu, et ante Episcopatum ad Consiliū Præsiliense missus Legatus, una cum Episcopo Ripensi, nomine Regis atq; totius Regni, simulq; Dno Nicolao Ravaldi, Archiepiscopo Upsalensi.



Anno 1483 jurata est publica Fides et Obedientia eidem Regi Joanni  
praestanda ab universis Regni Angulicis; quibus vicissim ab eodem juratum  
est, id quod a Christianis Principibus servandum solitum<sup>est</sup> jurejurando promitti;  
quo anno eodem Joannes Rex solenni more et ritu coronatus est in templo ma-  
jori Civitatis Hafniensis.

Eodem Anno D. Cylerius ex Archidiaconatu electus ad Episcopatum Ar-  
chusiensem, consecratus est Episcopus, sed quoniam favore Principis ac Populi  
destitutus erat nullaq. prudentia praeditus, coactus est, cum paucis annis  
eam administrasset Provinciam, Episcopatum resignare D. Nicolao Clauser,  
tunc Canonico Roskildensi. Eodem Anno ob publicam querelam totius pene  
Germaniae adversus atrocitatem D. Jarvardi Comitis de Oldenborg, quae exercuit in  
omnes viatores et negotiatores ex Arce sua Delmenhorst, lata est a Casarea Ma-  
jestate hujusmodi Concemnationis sententia, ut, qui dictam Arcem Delmen-  
horst armis vindicare posset, optimo jure possideret, tanquam Patria Li-  
bertatis verus Defensor; igitur obsessa est praedicta Arx ab Archiepiscopo  
Bremensi, Episcopo Monasteriensi, Episcopo v. de Victoria defferante,  
ac solatis Castellis, militiam revocantibus, solus Monasteriensis Episcopus ad  
finem usq. perseveravit, vicit, triumphavit, possedit, possidetq. modo opti-  
mo jure, publica libertatis strenuus Defensor et Vindex.

Anno Dni 1486. Christiernus Primogenitus Regis Joannis, cum ad-  
huc puer esset Sacri Canonorum, assumptus est in Regem publico Roma-  
no in placito Wibergensi.

Anno 1487. Dnus Svarius Strellen pultus est vi ex Gothlandia, ob suspici-  
onem prodicionis, eo quod factus esset Tenor Caroli Regis Sueciae, hostis  
totius Regni, restitutaq. est Insula Gothlandia Ditioni Danorum, quae  
videbatur alioqui Suecorum Regno resignanda maxima Danici Regni jactura.

Anno 1488. Regina Dorothea, fecit a marito sui pietatem, Romam  
profecta est, magno Comitatu nobilium Virorum ac Matronarum, aditu-  
ra etiam Hierosolymitanum Voti relaxatione ab Innocentio Octavo, tunc  
trata igitur Hierosolymitani Voti relaxatione ab Innocentio Octavo, tunc  
Romano Pontifice, reversa est magno gaudio Amicorum omnium.

Anno 1491. Resignavit Episcopatum Archusiensem D. Cylerius Episcopus  
reverendo Domino Nicolao Clauser, reservata sibi Ditione Sjilkeborg.

Anno 1493. Steno Sture Gubernator Regni Sueciae ex Administrato-  
re Tyrannicus factus coepit Ecclesiasticos ac Nobiles quosdam Regni Rapinis,  
in solitis censibus et exactionibus graviter affligere, aiebat enim: se velle perire,  
culum facere, niam secundum Vulgi opinionem aliqua ultio illos maneat,  
qui Ecclesiarum bona et facultates violenter invadunt, nec frustratus est  
sua cogitatione, quandoquidem ab eo tempore perdidit omnem Nominis sui  
Claritatem, multis prodicionibus factus infamis, ac paulo post prodigiosa  
morte calamitosus.

Anno Domini 1494. v. 1495. obiit Regina Dorothea, jam Anus facta,

Mulier insigni prudentia, sed ad rem minus attenta: Sepulta est a: juxta Christi.  
St. R. Charitum suum in Sacello 3 Regum Civitatis Goëschildensis.

Eodem anno suspendio perit ob furti et peculatus maxime suspicionem quidam  
Andreas Scriba Regis Joannis et Vice-Cancellarius, eidem Regi antea valde di-  
lectus; cui tam peculatus crimen, quam suspendii poena fuit ultio condigna in-  
credibilis fastus et elationis, qua adeo inflatus erat Principis favore et gratia,  
ut nullo judicio, nullo etiam delectu contemneret universum Regni Magistratu-  
tum Sacrum et Profanum.

Anno Dni 1497. Rex Joannes asseruit Suecia Regnum à Tyrannide D.  
Stenone Sture, cum multis victoriis, tum una insigni, ipso die S. Michaelis  
Archangeli, ac eodem anno triumphato universo Regno die S. Catharinae Virgi-  
nis et Martiris, in Civitate Holmenfi regni Diademate est coronatus.

Eodem anno mortuus est Reverendus in Christo Pater ac Dnus D. Johannes Brofloss  
Archiepiscopus Gündensis; cui successit Archiepiscopus Goëschildensis, Magister  
Birgerius, olim Regina Dorothea Cancellarius, homo semplex, et obscuris paren-  
tibus natus, virtute tn. ac Pietate nobilis et insignis.

Anno Dni 1498. Reversus est ex Suecia Illustrissimus Princeps Joannes Reg-  
rebus omnibus ex illius sententia ordinatis et dispositis.  
Eodem anno promotus est ad Doctoratum in Theologia Mag. Petrus de Scotia,  
per nobilem Virum Doctorem Ericum, Decanum Helsingensem, tunc Uni-  
versitatis Vice-Cancellarium, pro parte ibidem Christiernoi Rege Joannis  
filio primogenitus.

Eodem anno vita functus est vir Nobilis, ac magna prudentia, Rever. in  
Christo P. D. Nicolaus Glob, Episcopus Wibergensis, cui si contigeret vita  
diuturnior, clarissimus evasisset; tantus erat ingenii vigor, tantaq. mo-  
rum dexteritas, nisi juvenilitis ferocia vita innocentiam corrumpisset  
qua res omnium fere Nobilium proclara ingenia, optimamq. Indolem  
vastat ac destruit.

Anno Dni 1499. Quam magnus Princeps Ruthenorum, missis legatis in Da-  
niam, postulasset Filio suo uxorem, Filiam Illustrissimi Regis Joannis  
Elisabetham nomine, remisit sunt ad eundem Principem ex Danis legati,  
Mag. Joannes et Andrea Depütat. Episcopus Olthoniensis, Doct. Andreas Chri-  
stierni Carmelita et Mag. Andreas Glob, qui, cum nomine Regis Joannis,  
inter cetera negotia, dicto Principi fecissent postulati conjugii maximam  
spem, magno honore sunt remissi; Verum eisdem Russia fines egressis  
nunciatum est, eandem jam esse recens desponsatam D. Joachimo, Marchi-  
oni Brandenburgensi; quod si hujusmodi rumor sparsus fuisset, legatis  
adhuc in Russia manentibus, fuissent perpetua servitute obnoxii, si  
tamen vita donati. Sic Principes legatis imponere solent, sed legati vias-  
ipsum alius Principibus nulla necessitate sed mera licentia; Magis Princi-  
pibus vivis S. ides desideratur frequentius quam invenitur.  
Ergo eodem anno Elizabeth, Regis Joannis Filia, desponsata fuit D.  
Joachimo, Marchioni Brandenburgensi, et Imperii perpetua Electori  
simulq. eodem anno ejusdem Marchionis Soror desponsata fuit Frederico.

co, Duci Holsatia, Regis Johannis uterino Fratri, qua defuncta, postea  
 duxit uxorem, filiam Ducis Pomerania, Sophiam nomine, in fuga Regis Chris-  
 danorum Reginam, Friderico jam Rege electo et coronato.  
 An. Dni 1660. Ipso die Juliana Virginis mense Februarii / v. posteriori / In-  
 clytus Joannes Rex, ejus nominis primus, Dithmarsiam / qua comitatus est o-  
 lim Regibus Danorum a Friderico III<sup>mo</sup> Romanorum Imperatore semp. Au-  
 gustus donatus / est ingressus animo vindicandi dictum Comitatum, qui  
 ante aliquot annos libertatis avidis temere de fecerat. Porro cum nec superi-  
 nee Fortuna Danis faverent, a paucis fides militibus, Ferrag Incolis expro-  
 ctis Danorum fuit, adeo ut solus Rex / qui in posteriori agmine erat /  
 cum paucis vix evaderet: dicebatur vulgo illis diebus nostros idcirco infe-  
 liciter charte pugnasse, quod adversus sese ultionem divinam iusta provocas-  
 sent; Priusquam en. ad militiam conferberentur, partem suam sibi Pro-  
 ceres aliquot, in Bohemicam factionem valde propensi, pingviora Reg-  
 ine sacerdotia, atq. Monachorum Coenobia, quae reversi cum pace / put ase-  
 rant / mox erant occupaturi; sed potentissimo Deo / qui natura impieta,  
 item ac sacrilegium odit / pro Ecclesiastico Ordine, ut solet, pugnante, non  
 sunt reversi; perierunt en. omnes, atq. utinam sp. illorum salvus sit  
 in die Domini. Adeo en. insaniebant avaritia et insania caeci, ut gau-  
 derent hujusmodi titulis compelliari: Salve Vererabilis Abba Soren-  
 sis, Prior de Andvorshow, Decane, Proposte, Archidiacone, Cantor Hoesfeldensis.  
 Itaq. in nullo unquam bello tantus cecidit numerus Abbatum, Priorum, Decanorum,  
 Propositorum, Archidiaconorum, Cantorum et Canonorum, quantum in Dithmar-  
 siensi praesidio cecidisse compertum est. Quod si feliciter successerit illis, qui sub  
 exorto Lutheranismi non iam similia molebantur, imo longe majora, non so-  
 lum in perniciam Abbatum, et quorundam minorum Praelatorum, sed in Exci-  
 tium totius Cleri, omniumq. sacrorum totius Christianae Religionis, postari-  
 tatis esto stidicium.

Anno ab Orbe Redempto 1501. defecit Suecia Regnum ab Illusterrimo Dano-  
 rum Rege Joanne Primo, sub Proditoribus Stanone Sture et Svantone Nielson,  
 quod paulo ante ab eodem Rege armis adfectum fuerat, anno nimirum, ut sic  
 prolat dictum est, 1497. Rege en. in Daniam reverso, relicta fuerat Christina,  
 Illius uxor, Illustres Regina, in Praesidio arcis Holmenfis, qua post duces,  
 firmam ac gravissimam obsidionem cunctis jam fame et hyposartha pereun-  
 tibus, ditione dolosis ac falsis literis impetrata, tandem capta est, atq. longo  
 tempore multis ludibriis a Populo Barbaro barbarè afflicta, novissime v. Op-  
 probriis fativata, ac Calamitatibus plena in Daniam est remissa, cui mag-  
 na gratulatione a legni Proceribus occursum est in Civitate Halmstadin.  
 si / qua Hallandia Civitas est /; Porro Suecorum gens tam est barbara, tamq.  
 fugi impatiens ut nullum Principatum unquam diu ferat, nec minus  
 e proprio sanguine natos Principes quam goticos odio habet. Et quoniam  
 natura perfidi nulli fidunt, etiam ipsis a nemine fiditur; Coeterum cum

in defectione adversus aliquot Reges, tum Dacia, tum Suecia, à multis excu-  
pantur. Deficientes nihilominus à Rege Joanne, nec apud cordatos Suecos excusatio-  
nem habeant, cum ipsius Regnum ab omni violentia, omniq; Tyrannide liberum fue-  
rat; Quod si Waldemare, Margaretha, Erici, Christophori, Christierni Secundi reg-  
na fuissent tam incruenta, tamq; procul à Tyrannide et violentia, adhuc fortasse  
illibatam à Regnorum Sociis duxisset, nisi populi alioqui ad Seditionem nati  
obstetisset pericula.

Anno 1502. Comati sunt etiam Norvagienses quidam adversus Regem Joannem re-  
bellare, cuius Rebellionis autor dicebatur Canutus et Sulphi in Norvagia Eques  
Primarius, sed simplici ingenio magis quam perverso, cuius simplicitate ad Re-  
bellionem abusi sunt Sueci quidam Proditores. Quo cum Rex Joannes Episco-  
pum Roschildensem D. Joannem Jacobi, atq; Henricum Crumdig, Equitem  
cum eodem Canuto ex postulaturos Regis nomine misisset, vocatum ad se in  
navi sub publica fide, quo etiam crudelissimo iure servanda fuerat, sac nihil  
mali suspicantem crudeliter occiderunt, non aliter, quam solent perfidi prodi-  
tores, nec fidei nec iurisjurandi custodes. Canutus iste, viros elegantes habebat  
Filios, prudentia charis Patre superiores, Carolum et Ericum, Ille Bombarda  
piceisus, cum militaret Regi Christierno Secundo in Obsidione Civitatis Holmenfis  
occubuit; Ista vero, triumphata jam Suecia ab eodem imanisimo Principe capite  
truncatus est; Eodem anno ipso die decem millium Martirum, mense Junio,  
D. Paulus Laemand, Aquas auratus, adq; Regis Joannis Magister Equitum per  
insidias est interfectus, tanti secularis Tutoribus Obbone Strangelsen ac Berone  
Andrea, qui perfecto tam immani flagitio adeo dicebant gloriosam facinris, ut  
inter sese decertarent, quisnam haberetur sceleris Tutor. Nec in hodiernum  
usq; diem fecuta est tanti sceleris vindicta: Nam hoc scripta sunt Anno ad Orbe  
redempto 1594, nisi quod uterq; immatura morte perit; dicebantur en. suborna-  
ti ab ipso Principe, Episcopoq; Roschildensi D. Joanne Jacobi, quibus idem  
Paulus Laemand in visis erat ob dicendi Libertatem, Principibus Viris semper  
inimicis et suspectam; Ille Magister Equitum, dum adhuc viveret, habitus  
est inter Regni primarios principis, de quo nulla unquam fuit perfidia su-  
spicio, in jam v. mortuum nihil n. dicebatur; unde in illum jam Extinctum,  
magno honore sepultum, exorta est sententia vi ac metu à Regni Consiliariis,  
qua condemnatus sit Majestatis reus, ad solius Principis odio labefactanti,  
testimonium, qui nulla probatione fretus, dejeravit illum nescio quid doli et  
fraudis in Regis perniciam machinatum, ad quam vocem adjudicata fuit Regis  
Fisco Universa Liberorum ejus possessio, adeoq; Donationibus et vendicatione  
abus distracta, ut in hodiernum diem ad heredes nil reciverit, prater Curiam  
unam, et serbo nuncupatam, cum sola ditione in fuga Regis Christierni, sa-  
mosi Tyranni, hanc unicam eadem meruit suo Principatu Fredericus Rex;  
Interfectus est a. Dnis Paulus Laemand Hafnia supra Pontem, qui altus nunc;  
cupatur, cum descenderet ab arce Principis, iturus ad propriam Domum, qua  
ab illius morte donata est Dno Joanni Andrea, Episcopo Ottonensi, cuius ver-  
sutura et fraude insidietus Rex, oblat Joannes obtinuit iniquam sententiam,  
quam alioqui non obtinisset; Illius en. arbitrio nihil n. fiebat in Regno  
vivente ad huc Joanne. Huius in. Tyrannidis, aliarumq; versutarum,

quibus in vita excelluit, multosq; oppressit, sub Principatu Regis Christierni con-  
dignas dedit poenas.

Eodem anno venit in Daniam a Pontifice Romano missus Legatus, Dan-  
quidam, Doct. Hermannus, Professor Ordinis Divi Joannis Monasterii Otto-  
nienfis, predicaturus, quam vocant Cruciatam ad versus Turcam, qui suis re-  
misionibus et Bullis, hoc est, mera licentia, extinxit multam pietatem, neq; do-  
cebant hujusmodi Legati (cujusq; vicarij homines penitentiam agere, sed in-  
trepide peccare hanc primum aperta fuit Lutheranismi Fenestra, neq; unquam  
potentior factus est Turca, quam dum capta est predicari ad versus illam Cruci-  
ata, qua compilata sunt Christianorum Regna, auctaq; facultates Cognatorum  
Romani Pontificis, circa magis ac magis triumphante, posterioribus prioribus  
semper deterioribus, hanc ex Cruciatam non perpassit vitas sed Alaritia.

Ab Anno Dni 1507: et deinceps acriter pugnatum est terra & mari in-  
ter Regem Joannem, Gubernadorem Suecia, atq; Cives Zubeenses, Rege ubiq;  
triumphante, verum n sine gravi jactura fidrum Civium ac precipue  
Negotiatorum: Duces a: navalis belli erant Viri famatis fimi Severnus  
Norbi, Otto Rud, Joannes Olgeri, atq; horum similes Pirata ad Rodam atq;  
Piraticam n minus natusa quam arte instructi. Nec tantum isti Pira-  
ta male perierunt, sed etiam alii multi, qui olim sub Principatu Regis Joan-  
nis Piraticam exercuerunt ad versus Hispanos et Anglos, quorum e multis  
haec pauca nomina succurrunt: Dyring, Rütbeck, Rütthoffen, Kamerskatt, Jo-  
anbes Cocus, Georgius Cocus, Andreas Haurus, Tile Gutzill, Andreas Bar-  
ton Scotus: Omnes hi male perierunt, vel a proprijs familiaribus in-  
terempti, vel laqueo perfocati, vel etiam aquis obruti: Nec meliori for-  
tuna fecerunt Piraticam quidam sub Principatu Regis Christierni, de  
quorum numero erant Magister Lambertus Bombarda percussus, et Nicolaus  
Knyphoff, ab Hamburgeribus captus, capiteq; truncatus: dignum profecto  
supplicium in omnes Prones, qui mera libidine damnandi, ac infamia  
rapandi Christianis Fratribus suis sunt infesti.

Anno Dni 1512. mortuus D. Joannes Jacobi, Episcopus Roeschildensis  
cum paulo antea Episcopatum resignasset Nobili Dno Hagoni <sup>in</sup> Torne, <sup>de</sup> <sup>di</sup>  
quam Doctori: Erat a. Joannes iste Patre Nobili, Viro Jacobo Joannis de  
Rauensborg natus, qui cum Adolescens Colonia operam litteris navaret, tur-  
pi amore captus, et libidine coecus, uxorem duxit Chæreticam quandam no-  
mine Christianam, non sine solenni Ecclesia benedictione: Quod cum resci-  
visset illius Pedagogs, neficia muliere, eum e Vestigio ad Domum patris.  
enam reduxit; Cognita v. illius fuga, mulier statim est consecrata, verum  
magno Captus sui Periculo; Pater v. profati Joannis, filij pudorem redemit  
magna summa ab impudica Famina, qua mox, accepta pecunia, in Colonia  
est reversa. Hujusmodi igitur Divortio ab uxore simul et digamia solutus,  
factus est primum Canonicus Roeschildensis, mox Sacerdos, deinde Regis Joan-  
nis Cancellarius, paulo post ad Angliam et Scotiam Legatus: Deinde Propositus Mo-  
nasterii Dalbij in Scania, novissime a. Episcopus Roeschildensis factus est:  
In Episcopatu a. vixit 12 penè annis, obiitq; in magna omnium rerum ino-

opia, adeo fuerat tota Vita inutilis atq; sumptuosus: Erat tn: erga Pauperes atq; Calamitosos admodum liberalis, qua benignitate multum laudis fuisset consecutus, nisi sanguine duorum Germaniarum Virorum, D. Pauli Laxman, et D. Canuti Adolphii manus suas contaminasset.

No Dni 1513: Cum Avaris Churci celebraret suas primitias, nita dicitur ordinatus Episcopus Rypensis, Consecratus est D. Lugo Wrhe, Episcopus Roeschilden. sis, in eadem Civitate Rypensi, praesentibus ibidem R. Canone et R. Christina multisq; Regni Episcopis, maximo Dominorum conventu.

Eodem anno mortem obiit peste captus Illustrissimus Princeps, Danorum Rex Christianus 2<sup>us</sup>, ejus v. Imus Christi. 1<sup>mi</sup>, optimi Principis Allicis, sed Pater Christi. 2<sup>di</sup>, famosi Tyranni: Mortuus est a: in Civitate Halburgerensi, qua est Aquilonaris Cimbrica, ubi et natus erat. Hic multis annis, neminem se propemodum Christiane Regnum Danorum moderatus est, nam Propria novum Consilium Vocerum felicitus, princeps Regni sui, decreverat molestus esse Viri Ecclesiastici Ordinis: Postea v. cum sentiret Romanos id n. candido animo suasisse, verum magis inveterato odio, quo saeci subinde Clericis sunt offensi, Sententiam Decreti sui mutavit: Ad finem usq; vita sua erga Clerum igitur optimi fuit affectus, deprehensio Procerum dolo; Erat a: tanta praeditus solertia ut prudenter nobilium quorundam insania frueretur, quos cum mira Comitate seculi consiliaisset; obmutua tn: ipsorum dissidia, ac quotidianas Injurias, quibus se invicem afflictabant, graviter in eos animadvertibat, quibus tn: nulla videbatur intolerabilis multa, quae omnia teneret incredibili affabilitate: Quod si Christi. 2<sup>us</sup> hujus Patris sui Vestigia fuisset insecurus, nunquam tanto dedecore fuisset in Regno profligatus: Quod si Rex iste conjugii fidem servasset; qua res in Principibus est rarissima; temperassetq; a bello et sanguine, in quod tn: casti magis quam proposito incidere; abstineret, setq; etiam ab iniqua sententia, quam decernebat e. Haeredes P. Laxman, Mag. Equitum, fuisset Princeps sane et optimus et felicissimus: Porro cum in rebus mortalium nihil sit ab omni parte beatum, et optima quoq; desiderantur semper, habentur v. nunquam non minime laudem merentibus si, qui vitam agentes in deliciis ac opibus, hujusq; caduci seculi strepitu ac pompa, mediocritatem servare potuerunt. Hic princeps post fata multorum lacrymis est desideratus, etiam illorum, qui adhuc viventem adversabantur, cum jam videbant Christierni Regis Principatum quondam praeserre Tyrannidem. Ea est en. mortalium conditio, ut absentia placeant, praesentia v. displiceant.

No Dni 1514: Desponsata fuit Christi. 2<sup>do</sup> Regi Dan: Soror, Caroli 5<sup>ti</sup> Caesaris semper Augusti, ac Filia Phil. Reg: Hispan: Ducisq; Burgundiae, Ver. igo venustissima, nomine Isabella.

No Dni 1515: mense August: postidie S. Tiburcii Martyris, nuptia facta sunt in Hag: Salandia, inter Christi. 2<sup>um</sup> Dan: Goth: Regem, ac

11

Eandem *H. B. G. A. M.*, Illustissimi Regis Hispanorum / ut praefertur /  
Filiam, quae tunc tota aetate magno Desiderio expectata: / navigio recenter  
venerat, magno Nobilitum comitatu veterum ad Militerum; quibus Nuptiis  
occidentales omnes sibi novam quandam felicitatem, ac perpetuam pacem  
pollicebantur, tam etsi nunquam adeo viderentur in Dania sub illo Rege.  
chitatis est illis portus commodissimus; Nucta Felonia, retenta naves,  
falso belle praetexta, sed tamen in hoc ut sese magna Pecuniarum Vi redi-  
merent: Haec itaq; Sponsam et uxorem, specie pulcherrimam, ac stem-  
matis Clarissimam, vivente adhuc Colimba quadam, vetere Concubina,  
n̄ satis sincere dilexit, nec unquam conjugii fidem servavit, adjecit namq;  
Primis illis famosis adulteris multos incestus; Erat en. adeo libidi-  
ni deditus, ut eum Salomone, alioqui 300 Concubinis nobili collatis,  
vix Salomon fuerit semiuncia ad assem, ut Cruditus ille Petrus Su-  
obvenius de illo scribit in Apologia pro Friderico Rege ad versus Sigrav,  
indem dicti Regis Christ. Et tñ: hoc libidinis malum adeo grave  
ducebat in Aliis, ut in nova Rege / quam edidit / decerneret morte expian-  
dum; Sic coecitare solent Impii Principes, cum crudeliter in parva de-  
lictorum delicta seviunt, ad propria v. nimirum magna et horrenda fla-  
gitia, semper conniventes.

Eodem anno Mensis Julii obiit Reverendus Pater S. Theolog. Doctor  
Mag. Martinus Petr. Vestvediensis, Carmelita, proximo anno sequenti  
postquam fuerat à Prioratu Conventus Hospesis destitutus, fuerat namq;  
duorum Conventuum Prior insignis ac valde memorabilis, Landis Cronensis  
ac novi Conventus et hospesis Primus Prior; in quibus vita merito ac erudi-  
tionis exemplo, multis fuerat Pietatis occasio, nam ut de multis donis  
taceatur, quibus illum ornaverat Divina benignitas, uno Predicationis co-  
mo ita excelluit, ut suo saeculo in Dania parem non haberet. At p̄vero  
item tam innocenter tamq; candida vixerat, ut nemo aliquam de illo  
habuerit sinistra opinionis suspicionem. Porro cum natura esset me-  
lancholicus, adeoq; tetricus et severus affabilitas, morumq; suavitas in  
illo à pluribus fuit desiderata.

*Anno Dni 1510.* Suspendus est ob furti suspicionem quidam Joannes scriba  
Regi Christ. olim clarissimus, qui cum nimia libertate sua, ac vana Regi  
favoris praesumptione multos offenderet, praecipue v. Sorbernum OEE, str.  
cis Hafniensis Praefectum, Regis Concubina, nomine Colimba, ve heman-  
ter carum, eiusdem Concubina odio periclitatus est in profesto D. Martini,  
quod eum rescivisset in oppido Stellingorensi constituta, dixisse fertur sui-  
gultiens, ac tunc pectore: Nunc suspendio valde sum cooperata: Igno-  
scat mihi Divina Clementia! Erat a. Iste Joannes homo blasphemus  
in Deum, nam semel adeo insaniebat vindicta Cupidine, ut optaret se  
se Deum esse, quo liceret in gehennam perdere unumquempiam hostium

liorum: Deinde Calumnia morbo ita erat obnoxius, ut illius delationibus multi periissent, nisi fuissent Divina Providentia servati; merito igitur in eum saqueum incidit, quem multis paraverat. Itaque cum duceretur a Carnifice, laqueo pendendus, ex Calumniatore et Blasphemo factus Concionator infamissimus, praedebat Adolescentes, ut semper meminerint huius sententiae Propheticae: Nolite confidere in Principibus, neq. in Filiis hominum, in quibus non est Salus.

It.º Dno 1517. Misus est in Daciam a Leone Decimo, Pont. Max. D. Angelus Arcimboldus, qui nimis pietatis fida ac Commissionis abusu dedit occasionem ipsi Lutheranismi, nunc per Germaniam grassanti aliasq. finitimas Regiones: Olim veniebant Legationes ex urbe Roma, quae plurimum habebant adificationis, fructus ac utilitatis, aut ad pietatem promovendam, Christianaq. Religionis sacramenta propaganda, aut etiam ad fidei dogmata confirmanda, haeresesq. extirpandas; verum haec cum paucis superioribus, in versis rerum vicibus, adeo fuit scandalosa, ut omnem Pietatem ac Religionem mera licentia exsternerit, eo quod incidere in Commissarios, luxu, fastu, ambitione, libidine, voluntate, aliisque innumeris vitiis perditissimos; quorum culpa factum est, ut sancta illa Romana Ecclesia, totius Orbis magistra, olim sanctissimis viris eximia, nunc male audiat per multas Orbis Nationes, voceturq. infamis Babilonia, quae olim habitata est Christianae Religionis Mater, Rectrix et gubernatrix.

Eodem anno mortua est Columba, Christ. Regis Concubina: cuius morte, ab Impiisimo crudelissimoq. Rege quaesita est causa perdendi multos, ac imprimis duos Nobiles viros, Canitum Petri et Sorbernum Oxe: Quandoquidem illos pertinaciter ajebat Veneno tincta cerasa agrotanti scorto misisse, unde perierunt: Haec tn. Regis Quærela fuit mera Calumnia, obquam nihilominus Canitius exilio, Sorbernius v. Capitis supplicio punitus est, inique quidem, quae innocias haberet manus, erga mullerem, iusto nihilominus, si perisset Divina providentia. Nam Idem Sorbernius erat homo multis vitiis operatus, omnibus violentus et intolerabilis, nec minor Tyrannus futurus quam erat Christianus Rex, si tam habuisset magnam Principatum, quam habebat animum crudelium ac impium: Perit a. in Profesto B. Andrea, frustra pro illius vita rogantibus Crudelissimum Principem D. Angelo Arcimboldo, Legato, univ. quoq. Regni Magistratu, ac magno Choro faminarum Nobilium, inconsolabiliter flentium ac gemantium, inter quas etiam Regina Isabella preces contempta sunt, magno non sp. suis tantum, sed omnium presentium rubore.

Eodem Anno captus est Episcopus Ottoniensis D. Joannes Andrea in publicis Comitibus Hispania celebratis a Christ. Rege: Causam Regis dicentibus ac defendentibus duobus jure Consultis, Doct. et Malongg Germano, et Mag. Georgio Scotberg Dano, postea Archiepiscopo Infortunatissimo: Causae v. causa erat huiusmodi: Quum Idem Episcopus ante aliquot annos, sub Principatu Regis Joannis, misus fuerat in Lubecam Legatus una cum Frederico, Duce Holsatia, pacem facturis inter Lubecenses ac



Eundem Joannem Regem, nihilq. efficeret, nisi prius soluta grandi pecunia, quae non indico bello Lubecensibus fuerat à Prædonibus Danorum, Joanne Olgeri, et Severino Nordbye rapta, pro cuius solutionis fide mor. Fredericus Dux, resignavit Lubecensibus vice Pignoris Dithonem quandam Holstadæ Ducatus, donec illis ad plenam solvederetur, possidendam: Hanc itaq. pecuniam, cum jure et pollicitatione coactus repolveret, priusquam Regni Diademate potiretur, Christ. Rex, graviter est offensus, cuiusmodi huiusmodi summam n. tam Legati Episcopi imperitia, quam malitia in odium Regis Christ. Lubecensibus fuisse promissam; Nam Praefatus Georgius Scotberg, recensuit in defensione Regis Christ. magnum Injuriarum Catalogum adversus Episcopum Ottoniensem, quomodo illius delationibus frequenter haberet Patrem suum R. Joannem sibi graviter infersum, quomodo item matrem Regis Christi, inam Reg. gravi contemptu offensus set, interfecto illius Praefecto, Nobili Viro Ottone Portzale, cum ad hoc omnia intrepide et magna constantia responderisset ac effica ced. Responssiones falsis persuasionibus et vasis suspitionibus opposuisset, magna admiratione etiam Legati Romani Pontificis, Arcimbaldi, qui tum aderat: verum cum esset jure quidem superior, viribus a: et copiis inferior, mox captus est, traditusq. Archiepiscopo Burgero, sub illius fideiussione ad servandum: Inde paulo post ereptus, missus est ad Arcem Wordenborg, tertiore carcere affligendus: Nam quo crudelius tractaretur, additi sunt ei Custodes, milites gregarii quatuor, qui quotidianis molestiis saturatum tandem exstinguerent. Deinde aliquand. Regi reconciliatus, illum in triumphatam Sveciam est factus, ubi re infeliciter gesta, Regis Chr. n. parentis optimorum Virorum Consiliis, vitio, ac regno amisso, tandem ad Daniam reductus, carceri mancipatus est, 1<sup>mo</sup> in Arce Hafniensi; 2<sup>oe</sup> sub Theodoro Archeducto in Arce Fljginge; 3<sup>tie</sup> in Arce Helsingborgensi, novis fime v. Divina providentia ad Insulam Borghenholmensam est transvectus, ubi Lubecensium beneficio liberandus erat: Itaq. à Lubecensibus, capta arce ejusdem Insula, iam vi occupata à R. Christ., summa Injuria Episcopi, tuis Lundensis captus est cum ceteris, atq. à Lubecensibus tantisper detentus, donec in fuga Regis Chr. sua Diocesi est restitutus.

1<sup>o</sup> Dni 1518. Reverso ex Svecia D. Joanni et Angelo Arcimboldo in Daniam posita sunt insidia à Reg. Christ., quascum rescivisset idem Arcimboldus, clam fugit in Sveciam, et inde solvens, trajecit in Germania magno suo Commado: In Dania interim confisecandis omnia, quae Legati nomine diversis in locis erant deposita: Carceri v. mancipatus ejusdem Legati Frater, D. Antonellus, Vir Nobilis, Civis esse, diolanaensis, nec antea liberatus est, quam è Regno fugeret Christ. Rex.

1<sup>o</sup> Dni 1519. Mense Nov. 1<sup>o</sup> die P. Clementis Papa et martyris mortuus est Reverendus in Christo Pater ac Dominus, D. Burgerius, D. P. Archiepiscopus Lundensis, plenius dierum; Atq. ex Patre Swinnaro, patris Perrimo Editu Parrochia Lindenberg et Aquilonaris Hallandia ortus, cum esset statura pusillus, ac toto corporis habitu humilis; Crevit tn. in

magnum virum, nullis humanis proſidiis ~~proſidiis~~ adiutus, ſola Virtute & Divina providentia. Fuit primus Paſtor Eccleſiæ Callundeburgienſis, ſan cellararius quoque Illuſtriſſima Reg. Dorothea; Deinde Archidiaconus Roſchildenſis: Novis ſine v. anno Domini 1497 factus eſt Archi-Epiſcopus Lundenſis; Huius Archiepiſcopi temporibus conabantur Heretices ſet Sacrilegi aliquot Scanienſes, ſolo titulo Nobiles, vim inferre Eccleſiaſticorum bonis, videntes illum humanis proſidiis deſtitutum; Ipſe v. in Domino ſpem repositam habens, et in futurum nihil reponens, pendentibus Rebus, tanta Prudentia eſt uſus, ut viribus et copiis Militaribus ſupra innocentiam vita, omnibus hoſtibus, quantumvis violentes et ferocibus, ſemper haberetur ſuperior. Ab huius obitu decretum eſt a Magiſtra tu Regni, ut poſthac nullus ſit futurus in hoc Regno Epiſcopus, niſi qui fuerit clavo genere natus; Qui huic decreto ſubſcripſerunt, putabant rem Eccleſiaſticam Amicorum potentia et humanis proſidiis fore tutam, ignorantes miſeri, non alia re magis offendi Deum, quam hoc Perſonarum Reſpectu, nec ullam eſſe majorem Eccleſiæ Ruinam, quam quorundam Nobilium Vanitatem et ſantum, adeo ferventium vita licentia, ut vita Innocentiam ac Religionis Chriſtiana Pietatem non ſolum extinguant, verum etiam plane contemnant. Sed per omnia violentia, ſtrepitu, ſpectu, pompa, ambitione, hac humanis viribus conſtat, non poteſt eſſe diuturnum, ſola vita innocentia, morum Integritas, ac Religionis Pietas etiam hominis obſcuriſſimi meretur apud Deum tutiſſima Rebus Eccleſiaſticis Proſidia.

Eodem Anno Domini Latave, celebratum eſt Provinciale Capitulum Ordinis Carmelitarum in Monafterio Landis-Cronenſe, unde promoti erant ad novum Haſpicienſe Collegium, jam reſans eſt ructum, ejusdem Provincia ſumptibus à Reverendo Viro, tunc Magiſtro Provinciali, S. S. Theol. Doct. Mag. Andre. à Chriſtierne, multi fratres ejusdem Ordinis, ſimulq. fratres aliquot de Ordine Ciſterienſi, qui erga Carmelitas fuerat multas annis bene affectus; Porro huius Collegii Primus Regens factus eſt in eodem Capitulo quidam Frater Paullus Helia Warburgenſis, qui ſingulari favore proſecutus eſt Studiosos omnes, verum ſuo magno malo; Quia quos ille ſua ſuaſu Proſidia promovebat, ex utroque Ordine, ornaverat literis atq. affecterat honoribus, Hi omnes tunc in ruinos verſi, deſecerunt non ab illo ſolum, ſed ab Eccleſia obedientia, occaſionem arripientes ab exorto eiſdem diebus Lutheraniſmo, hæreſi omnium periculoliſſima, que nullos, quamlibet ſinceros ac pios, non aliqua ex parte labefactavit, ſua cum viſit obedientiam Dei, vicarius promiſſam, damnavit omnia Monafterica vita inſtituta, ad eorum Paſtorum Evangelicam Libertatis, quandam vita licentiam induxit, ideo plerique a ſua Profeſſione deſciverunt, quo ſuo opte Ingenio licentius diverſent, et onus ejus leve in gravitatem intolerabilem. Sola Carnis voluptas in poſuit miſericordiam ut caderent, inter quos erant præcipui. Frater quidam Petrus Laurentii, Reſwediensis, Rector, Fr. Franciſcus Wormordi Hollandi, etiam Rector; ſed illiſque

Or. Andr. Linnæus Malmogienſis, ſector quoq; ſed indoctus; Or. Maurilius Sampſing, ſector ſed illegitimus, nimirum Sacerdotis cuiusdam filius; Fr. Maghus Steen Neſtvedienſis; Fr. Olavius Rind, ſpiritus Arhufienſis; Or. Martius Leſtri, Arhufienſis; Hæſtorum perversitas multos pertrahit in Ruinam: horum Nebulonum cauſa apud multos male audiebat, Dictus Fr. Paulus Helio, quod crederetur eſſe adſtipulator impiis ſimo illorum ſententia, eò quod ille ſuis Calculo olim, cum nihil huiusmodi de ipſis ſuſpicari poterat, probati ſunt atq; commendati: Nec ipſe ſolum ob illos male audiebat, verum etiam omnes ſtudioſorum Patroni ac Mocerates, adeoq; ipſa bona litera infamata ſunt Alorum Vitio, qui ipſis abutebantur, quod bona pars Alorum, qui ſuperiora ſtudia videbantur ſectari, ad eſtrogiaſiam et deſectionem erant propenſiores, licet omnia fucarent Pietatis ſpæcia ac Evangelii libertate, ut ſceleri nunquam ſua deſuerit Excūſatio, et Impietas ſemper ſuo quideat Patrocinio: Verum in ſeqv. de his plura patebunt.

Anno Dominica Incarnacionis 1620. in Feſto feriarum Divi Jacobi Hafnia peſte mortuus eſt, viz eximia Pietate, adeoq; longâ vitâ digniſſimis, Mag. Petrus de Scotia, S. S. Theol. Doctor. Is namq; poſtquam erecta fuisset in eadem urbe publica Academia, olim per Chriſt. Trium. R. A. D. 1477. à Sanctiſſimo Domino Papa, Sixto ejus Nom. 4<sup>te</sup> impetrata, Romis venerat ex Colonia, factusq; novo Academia novus Moderator ac Regens A. 1479. Proſiit eidem 42 annis. Ibi cum eſſet in Scholaſtica Theologia egregie doctus, ac præcipue ſecundum Viam S. Thomæ de Macquino, adeo tñ: erat Ariſtoteles Philoſophia deditus; quod Thomiſtis ſolet eſſe peculiare: ut præter illam viz aliud deditur <sup>aut docerit</sup> etiam, diu ſenuiſſet; Exceſſerat eni; ni fallor, annuum ſeptuageſimum; cuius Alma miſereatur deus, qui erga illum hac uſus eſt benignitate, diu viberet, ut nihil unquam amitteret, contentus ſemper Proventu ſuorum laborum ac ſtudioſorum, nec in illum unquam cadebat ſiniſtra opinionis ſuſpicio, ſed ſemper verbo et exem. plo erat multis honeſte vivendi occaſio, egregiumq; vita Exemplar. Hoc noſtro ſæculo ſunt Plurimæ Veteris Theologia ac Veteris Eruditionis ſtudiuſi, pauci tñ: ex his ſunt veteris Pietatis Cultores, Imitatoresq; magno utruiusq; rei Diſpendio, nempe Pietatis ac Eruditionis: Hanc quidam averſantur ob id maxime, quod huius Amatores Pietate vacui meram vita licentiam ſectantur: Illam v. Superſtitionis matrem calumniantur alii; Itaq; deſiderantur hac in hominibus, et Ræ Erudictio, et erudita pietas, melius tñ: offendit indocta Rufficitas, quam docta ſ. e. erudita Malitia et Perversitas.

A. D. 1621. Cum Chriſtiernius Rex ejus Nomine & d. armato milite uni. verſum Suecia Regnum inſigni Victoria Triumphafſet, ſ. qua nec creditur abſq; favore Numinis contigiſſe, ſi acceptâ Victoria illi potuiſſet: atq; jam Regne Diademate eſſet inſignitus, coepit mox cogitare, quomodo univerſos Regni Suecia

Proceres uno supplicio perderet; quo dinceps solus Tyrannidem occuparet; ut  
 igitur Religionis Libertatem inuidiam sicaret crudelitatem, & eam se habere  
 pro Romana Sede se habere, cuius erat aliqui acerrimus hostis, impudens,  
 fime fingit: Accusabat namq. illos conspirationis adversus Romanorum Pon-  
 tificem, cuius edictum se neglecturos obligaverant, si fuisset intentatum ob-  
 demolitam arcem Archiepiscopi Westphaliensis, ac violentam Invasionem ei-  
 dem Archiepiscopo factam, ad quam fuerant nihilominus coacti, potestate ac  
 Tyrannide D. Stanonis Svantesen, Regni Gubernatoris, qui jam petierat, bom-  
 barda percussus, primo bello, quod in Westgotia commissum erat. Ducibus ac Prin-  
 cipibus Ottone Frampensi, et Carolo Lahelti, iuxta oppidum vulgo nuncupatum  
 Rowfund: Igitur die a Coronatione, postquam rogatus omnium lacrimis  
 ac precibus, remisit illis, quicquid unquam vel in Illium, vel in Illius Patrem  
 peccasset: nec etiam sine lacrimis ad Convivium vocatos comprehendi iussit, atq.  
 iam comprehensos carceri mancipavit viros ferme 70 Nobiles ac Cives: Inter  
 quos erant Reverendi in Christo Patres, D. Matthias, et D. Vincentius: Episco-  
 pus hic Scharenfis, ille Stengenensis: Hos omnes postredie e carcere educi-  
 tos in publico foro Civitatis Holmensis de collaribus fecit. Suspensionis Executores  
 erant Mag. Theodoricius Westphalus, Raditor dñi Angeli Arcimbodi, Legati  
 Rom. Pont.; et Georgius Hoffmod inter milites gregarios Carnifex, et Poena-  
 rum Exactor: Sed neq. crudelissima hac Crudelitate satiatum est pectus il-  
 lud sanguinarium, post biduum namq. fecit omnium Frigidatorum Cada-  
 vera extra urbem ferri, atq. super ingentem rogam projecta penitus Cre-  
 mari, ne illa superessent Illorum Reliquia: Ut iustus Dominus non  
 est passus hanc Immanitatem inultam. Eodem en. anno defecit ab illo  
 universum Suecia Regnum, Eratq. eadem defectio initium et occasio de-  
 fectionis aliorum Regnorum, Ducatum, Comitatum et ditionum e-  
 jusdem Christ. & dñi famosi Tyranni magno suo pudore.

Anno ab Orbe Reconciliato 1522: Mensa Jan: Prædie Conversionis  
 D. Apost. Pauli, ultimo supplicio affectus est quidam Mag. Theodoricius  
 Westphalus, olim familiaris et Angeli Arcimbodi, Legati Rom. Pont. Is cum proci-  
 disset universa Domini sui Arcana, tandem turpi obsequio, & Patrocinio ac suffragio Sigisberte,  
 chiliensis flagitii ac crudelitatis famosissima: & Rege Christiano devinctus est, ad pa-  
 trandam omnem iniquitatem: Ideo factus est, non Auditor et Consultor tantum, sed et  
<sup>Executor</sup> ~~ans~~ universa Tyrannidis ejusdem Regis, atq. præcipue Decollationis Episcoporum, et  
 Nobilium, ac Civium Holmensem Regni Suecia, submersionisq. sex Ethorachorum in  
 Monasterio Adal, Astartiensis ordinis; Adeo in. fuerat ad honores erectus per  
 eundem Christ. Regem, ut primum esset eor. Princeps, universo Suecorum Regno  
 Praefectus, ac postea, cum infelicissime gessisset tantum Magistratum, vi illa,  
 tus est sanguinarius ille in Archiepiscopatum Lundensem, Episcopatumq. Scharen-  
 sem, quo illis duabus Ecclesiis Pastor et Episcopus præesset, homo sceleratissimus  
 Furca et Sartaro dignus. Denique quum concepto odio in nullos serviebat atro-  
 ciusdem Reg., quam in suos familiares, ita in hunc Theodoricum atrocissime

grasatum atq; servitum est, quum in contumeliam Romano Ecclesie ac totius Ecclesiastice  
 status, absq; publica sententia combustus sit, postquam reductus fuerat ad Rogium  
 à Patibulo, ad quod suspendendum ducebatur. Masnia in foro publico, quod vetus forum  
 nuncupatur. Quo supplicio utinam omnes pereant, qui Principum dñe mos non ni.  
 si optimis rationibus imbuendos, corrumpunt atq; pessimis Consiliis labefactant.

Eodem Anno coepit A. Christ. occasionem querere adversus Omnes Regni Pro.  
 ceres, ut universos, quem admodum in Suecia fecerat, una morte perderet, uni.  
 versaq; illorum bona suo Fisco addiceret; nisi qui jam mori Porro è Princi.  
 pe jam Tyrannus factus coepit esse tam formidabilis multis, ut nemo vocalis ac.  
 cederet, nisi qui jam mori paratus esset; Tam erat Illius Tyrannis famosa fa.  
 cta, ut quisq; sibi temeret, quod alius viderat accidisse; Unde, quum intelli.  
 gunt quidam Cordati Viri, Danica Libertatis studiosi, ac Tyrannidis Oves,  
 completam esse Ipsius Malitiam, communicata cum amicis Consilio, decreve.  
 runt, quibus possent modis succurrere periclitanti Reipublice, idq; fidelitatis  
 debito jure, suo factum est, ut nec coram deo nec coram hominibus astrin.  
 gerentur Illi subesse, nec civis aliorum Principum, qui tanta crudelitate  
 ac strage in sibi subjectum Populum grasari contenderat; Santa etiam Im.  
 pietate deum opt. Max: irritare et provocare; uti hac In Regna horrendo

didicerunt Exemplo, his, quæ sequuntur, rationibus, aliisq; innu.  
 Reg itaq; Christhermus summa Injuria Omnipotentis Dei, multorumq; Sim.  
 plicium subditorum manifesto offendiculo, atq; perniciosi erroris occasio.  
 ne, ad Masniam Regiam Civitatem acciri fecit manifestos, et ab Ecclesia  
 damnatos Hæreticos atq; Schismaticos, qui orthodoxam fidem Impia doc.  
 trina labefactarunt, quæ etiam freti violento præfati Regis Principa.  
 tu, mira Impudentia ac temeritate præferunt defectionem ab Obedientia  
 Ecclesie Romane; quæ est totius Orbis, quæ ad fidem atq; omnium præcipue vere  
 Christianorum Mater ac Domina, cui et Nos, et Majores nostri pia devotio.  
 ne, ac devota Pietate hætenus fueramus subjecti, in his, quæ fidei sunt,  
 et res Christiana Religionis postulant, cui Nos etiam, Successoresq; No.  
 stri, ut par est, reverenter obedire debemus ac volumus, quem admodum  
 pios et sinceros decet Christianos. Hinc factum est, ut Ecclesiasticos  
 viros nullo diceret honore dignos, contemneret etiam sacros Canones  
 Patrum decreta, Ecclesiasticos ritus, quos nimirum consilio sp. S. Vetu.  
 stis sanctorum sanctisq; Primiva Ecclesia Patrum Auctoritas  
 nobis servandos tradidit; Adversaretur etiam vota deo dicata, adeoq;  
 egistimaret, nullum esse rerum discrimen; ut nihil putaret factum, sed  
 omnia haberet profana. Imo sub Tyrannico Principatu nec paritum  
 est sacris, sedus quam profanis.

Sed et rei multos exemplis declaravit suam crudelitatem, nam sa.  
 cratos Episcopos atq; Prelatos contra omnem aequitatem violenter captos in  
 vincula et Chæcerem conjecit, Ad hæc Equites auratos, Proceres permultos

aliosq; in signi Probitate viros, quos etiam inaudita crudelitate Capitibus truncatos sinebat, eodem quo fuerant intersecti, loco palam jacere, nullis adhibitis Custodiis, qui vel canes aut Porcos abigerent, quorum lancidum videbantur expositi, qui tñ: ad Allium bona fide venerant, freti Allius Commeatu atq; securitate, sacratissimo iurejurando firmata: Inter quos fuerant Reverendi in Christo Patres, Epi scopi Strengnensis et Scharenfis, una cum electo Lincopiensi, universi etiam Regni Suecia Consules, uno et altero exceptis: Pleriq; Proceres, atq; Holmensis Oppidi Magistratus; Nam universi Capitibus truncati sacri et profani, Proceres et Plebeji, plures 70 fuisse creduntur.

Deinde, Triumphata Suecia, cum rediret in Daciam, declinavit ad Monasterium quoddam Astartiensis Ordinis, Nidal nuncupatum, ubi crudeliter vinciri fecit sacrationem Abbatem cum aliquot Monachis sacerdotibus, eadem hora, qua ab Altari peracto venerando Eucharistia exhiberetur, quos statim vinctos aquis profocari atq; submergi fecit, crudeliterq; interfici absq; culpa atq; sine iudicio, iure, atq; misericordia, nam ad eos erant innoxii, ut ne verisimile quidem Crimen in eos confingi posset, nisi quod aliquam ejusdem etnæi commeatus partem ad sepe, stiores nemorum successus efforri curassent, ne a militibus gregariis cuncta distraherentur; quorum iniquitas hac in parte longa experientia plus satis est famosa: et quò futura Fratrum necessitate prospectum utcumq; esset; Nam interim in Monasterio tanta erat commeaticium copia, ut abundè sufficeret Regi, et univ. verso ejus satellitio, etiam si illuc venisset cum n. exiguis militum copiis: Neg. istius crudelitatis Ingenium erat in illo novum, quia olim, cum regnaret in Norvegia, vivente adhuc Patre, detinuit in teterrimis Carceribus atq; dura Captivitate Episcopum Hammerensem, Carolum nomine, virum sanguine et virtute notabilem, usq; ad diem mortis sua, qua ex diuturna Captivitate, siti ac squalore Carceris, immature nimis accelerata fuit, idq; factum est sola Potestate, et nullo iure, accepta duntaxat hinc occasione, quod à dicto Carolo, tanquam fidei et Christiano Consiliario, frequenter moneretur, Tyrannicos quosdam, et plus quam Oth. nicos mores emendare, quibus in Norvegia, seu Syrocenis quosdam ad futuram malitia libertatem precludere coepit: Simili Violentia et pari crudelitate duxit in Carcerem Reverendum in Christo Patrem Dom. Joannem Andrea, Episcopum ottoniensem, qui bona fide advenerat, Regis litteris ad Communiem Dominorum et Procerum Regni Congregationem vocatus, qui jam pluribus annis detentus erat sub arctissima Custodia, de uno Carcere ad aliū translatus, atq; gravis fimo servitutis iugo depressus, non absq; maximo vitæ discrimine, præter iudicium, jus et equitatem: Ad hoc sub temporis Captivitatis ejusdem Reverendi Patris coepit Curiam Episcopalem Civitatis Ottoniensis violenter occupare atq; nonnulla ejusdem Diocæstos Castra, Possessiones, et Prædia, ut in. terda taceatur universa ejusdem suppellectilis distractio, nempe Armoreum, Equorum, Vasorum, Vestimentorum atq; ferum pretiosarum, qua etiam nunc occupat, detinet, malag fide possidet. Idem quoq; Reg. vocatos ad se Lundenfis Ecclesie Prelatos, per bona fidei

Literas, Carceri mancipavit, comminatus mox atrociora, ac deinceps vi,  
 metusq; mortis adegit, ad tradendum sibi Castrum quoddam, totamq; ejus,  
 idem Castrum ditionem et quidquid Juris habebat dicta ecclesia. Unden.  
 sis in Asula quadam nuncupata Dorgenholmenfi una cum Civitate Esfen.  
 si ac aliis multis ejusdem Diocesis possessionibus, ditionibus, et juri-  
 bus, qua n̄ poterat prius jure usurpare.

Quin etiam singulari quodam odio erga Clerum affectus, sola Potestate,  
 auctoritateq; et nullo jure violenter oppresserat injustis ac insolitis ex-  
 actionibus Episcopos, Praelatos, Universum quoq; Clerum, quos singulari  
 pietate conveniebat defendere, tueri, ac patrocinari, exemplo omnium  
 Christianorum Principum, quos nihilominus sua Tyrannide spoliavit  
 Privilegiis, Libertatibus, ac Prærogativis, quas habent ex Jure Pontificio,  
 jureq; Casareo, idq; fecit contra jurisjurandi fidem, Apstis ac Voti Reg.  
 no jam olim promissam. Itaq; ob has pro fatis, aliisq; innumeras vio-  
 lentias et oppressiones, sacrilegasq; facinora, adeo sunt afflictæ hæc  
 Regna, Dacia, Suecia et Norvegia, ut ne unum quidem habeant Ar-  
 chepiscopum, suo munere fungentem, siq; Jure utentem. Nam post  
 obitum Reverendi P. Degeri, felicitis recordationis, Archiepiscopi Fin-  
 danfis, ita fuit Diocesis <sup>hæretica</sup> afflictæ, ut affligi magis n̄ potuerit. Nunc  
 enim quos volebat, posito omni jure, Archiepiscopos instituit, ac rurs-  
 um destituit, metu mortis adigens jam ad Religionis ingressum, nunc  
 etiam vitam igne et patibulo eripiens, ad eog insanens, ut deniq; Arde-  
 lionem quandam, Babilonem ac Sycophantam, hominemq; peregrinum  
 ac Alienigenam in Archiepiscopum constituere mallet, quam virum pro-  
 bum et bonum, omnium consensu electum, aut alium quempiam ex Reg.  
 ni Inquilinis.

Archiepiscopus v. Suecia multo damno apud Danos passus est. Is en:  
 cum Christiani Regis causa, ac Danorum favore, sustinuerit in Sve-  
 cica gravissimam obsidionem, letifera vulnera omnium Regum, Eccle-  
 sia Upsalienfis direptionem, Parentis etiam sui ac amicorum Captivita-  
 tem, rerumq; omnium depopulationem, Insignis etiam Castrum exersio,  
 nem, adeo n̄ est consecutus apud Regem Christ. ullam gratiam, ut et  
 iam Idem Rex, multis excogitatis volis, ac mira Vastitie moliretur  
 in poenam Capitis ejusdem Rev. Patr. De Epilio Archiepiscopi Norva-  
 gica sic res habet: tam en: R. Christ. multa multis annis machinatus  
 esset in perniciem ejusdem Rev. Patr., tandem, ut diu meditata perfec-  
 ceret, subornavit per quendam Georgium Scribam, vocari profatum Rev.  
 Patr. ad quædam Comitæ in Bergensi oppido, cum Regni Norvagicæ Magi-  
 stratibus celebranda, hac ratione, ut ad <sup>inimicam</sup> Civitatis ingressum mox  
 caperetur, captusq; in faciem conjiceretur ac demergeretur in profun-

dum maris: Quam hoc clam agerentur, volente Deo et sibi fidentibus succis-  
 erente, Infideli sunt eidem Rex. P. patefacta, qui confestim eodem, quo jam  
 venturus erat ad Comitia navigio, transpretavit in Hollandiam, ac deinde  
 Romam profectus migravit ad Dominum: Sed et alii Episcopi multi, quidam  
 crudeliter morte affecti, nonnulli etiam suis fedibus pulsi, de quorum num-  
 ero sunt, Episcopi Ottoniensis, Strengeneris, Scharensis, Trospiensis, Obos-  
 fis, Oplöensis, Dergenensis, Hammarensis, Stavangerensis non absq; magni  
 factura et gravissimis istorum 3. Regnorum dispendiis.

Insuper idem Rex sola Potestate et nullo jure graviter afflixerat insignes Nobilitate Vi-  
 ros Avorum, temere claros, et precipue Regni Consules atq; Magistratus, quos maxime ho-  
 noratos optulit, veluti suos in Regno Coadjutores, Inter quos D. Hanitum Canute, Equi-  
 tam Auratum, ac Regni Consulem Norvagia fecit absq; ulla Juris specie Capite trunca-  
 ri, imo refragante toto Regni Consilio, quod fiebat crudelissimum Regem iniquam quam  
 jure et equitate, sed odio et auctoritate comoveri, ac postea non minori tyrannide, in  
 universam ejus Ditionem, qua Hæredibus debebatur, sub Corona confiscari.

Pari etiam Crudelitate de collarari fecit Nobilem Virum Torbernum Oxæ, c. sententia  
 iam ac decretam totius Concilii, atq; cum illo alium quendam in thronis nobilem  
 virum, Joannem nomine, ac deinde Stephanum Webersteen, suum fidelissimum  
 belli Ducem ac Principem.

Idem Rex non minus impie quam injuste fe-  
 cit exhumari à Templo fratrum prædicatorum civitatis et hùsensis, Corpore et  
 cadaver viri cujusdam Nobilis, Magni Thomæ, qui jam recentis mortem obierat mo-  
 re et ritu Christiani viri, fuscantis prius Ecclesia sacramentis, quem etiam tam cruda-  
 liter exhumatum iussit in patibulo suspendi in foro Civitatis et hùsensis ac demum  
 universam ejus Possessionem et uxoris illius fecit sub Corona confiscari.

Ad hæc contra jusjurandi fœdis ac fidem signatis rebellis promissam, absq; iudic-  
 io et equitate inaudita crudelitate de collarari fecit Nobiles Equites auratos, Reg-  
 ni Svecia Consules ac alios insignes Nobilitate viros in Civitate Holmensi, nega-  
 to illis sacramento, quorum corpora post Friduum extra urbem elata, ac super  
 ingentem coniecta Rogum contremari fecit: atq; adeo astutabat furore ac tyranide  
 sanguinarium illius peccus, ut non fineret ulla superesse illorum Reliquias;  
 cum tñ. jam recentior ab eisdem communibus supplicis assumptis atq; electus fu-  
 isset in Principem, Dominum ac Regem totius Regni Svecia, Diademate ejus,  
 idem Regni insignitus: Nec hac immanitate contentus, etiam sub Corona fe-  
 cit confiscari universam ipsorum Possessionem, fraudatis in hoc Hæredibus  
 multis etiam Nobilibus Domicillis ac fominis, una cum filiis in partibus  
 in Captivitate ductis, qua etiam usq; ad illius fugam in Captivitate detineban-  
 tur: Nec aliud spectabat tyranissimus Princeps, quam ut unius omnium Pos-  
 sessiones sibi vendicaret; Nam biennio ante fugam exegit perpetuo jure duc-  
 aureos nummos, singulis annis recipiendos à singulis totius Regni Agricolis,  
 ad quorum cing, sive Ecclesiasticorum sive Procerum et Profanorum jus videren-  
 ter pertinere; cuius ferociam adeo tunc horrebant quidam ex Regni Consilia-  
 riis, ut priusquam Regiam arcam conscenderent, admissa confiterentur pacta,



formidine Capitis aut Carceris, ni consentirent. Regis Imperio. Ab illo namq die cum  
 n' ferret voti Compos, coepit moliri in perniciem omnium Procerum tam sacrorum  
 quam profanorum totius Regni Dacia, Nec dubium, si impius illius conatibus suc-  
 cessisset, quin omnes nos aut nec ne essemus de miseranda Ruthenorum ferocitate,  
 aut Bohemica scelestissima factione: Insuper universos Regni Dacia Nobiles,  
 Equites auratos ac alios in armis claros viros gravissima affligerat exactione  
 sed potius explicaverat, interim nec parcens nobilibus viduis, virginibus ac Mu-  
 lieribus, quibus n' magis paritum est, quam servilibus mancipiis. Quia etiam  
 proter jus et decorum, sola Tyrannica potestate fretus, privavit eosdem suis  
 privilegiis, libertatibus, atq' debitis honoribus, quibus a principis gavisi fue-  
 rant Majores eorum, atq' hoc omnia fecit C. jurisjurandi fidem, Nobes et  
 Regno promissam, ob signatosq' sua Electionis atq' Coronationis Libellos.  
 Ad hoc nullo unquam honore signatus est Ecclesiasticos viros, Regni Prala-  
 tos, Consules ac Magistratus, Equites auratos atq' alios in armis strenuos  
 viros, sed magis, per impiam et maleficam quandam feminam, Concubina  
 sua matrem, Sigisbertam nomine, Pomnibus Regni Proceribus auctoritate,  
 affirmatione, honore ac dignitate antepositam: magno dedecore eosdem affe-  
 rat; quae fuerat eidem Regi maxima dictorum ac dicendorum causa, atq'  
 Consilium ad alia impietatis, crudelitatisq' facinora, in ejusdem Regis, atq'  
 omnium Regni Inquilinorum maximum dispendium, unde Consilio ejusdem  
 femina flagitiosissima, Idem Rex promoverat, atq' honore et potestate ex-  
 tulerat homines nequam, Sycophantas ac Nebulones servilis conditionis su-  
 pra universos Regni Consules ac Nobiles, quos etiam Regni Castris, Ditioni-  
 bus ac feudis profecerat; Invidi viri Nobiles et Stematibus clari videbantur,  
 imo vere erant, despecti, oppressi atq' contempti.

Ad hunc etiam modum violenta Potestate contra jusjurandum transtulit  
 a Concilio, et Regni Magistrati fidem atq' conservationem Castrorum, Ditionum  
 atq' ejusdem Regni feudorum, in uxoris sua, Liberosq' suorum jus et pote-  
 statem, quae in: in Regis obitu debet Regni Consiliarius tradi atq' consignari, a  
 illo qui non videretur Dacia Regnum esse Electionis jure liberum.  
 Praeterea asportavit ac stabiliturus Tyrannidem ob toties violatam fidem ad-  
 versus Svacos, aliq' vicinas Regiones, atq' Wandalia Civitates, in consilio Regni  
 Consiliarius ac Magistratibus sibi pessime conspiciis induxerat in Regnum da-  
 cia peregrinos quosdam Exercitus, et terrorumq' militum copias, in pernici-  
 am eorundem, totiusq' Regni Dacia et Incolarum ejus perpetuam Ruinam  
 atq' dispendium. Idem en: erat perfidia etiam erga aliorum Principum  
 Regatos, ut Regis Polonia Regatum Holmiae ad se missum primum honore  
 ac recipere, magnisq' muneribus donatum dimitteret, comprehensum tui-  
 postquam abnavigaverat una cum 14 viris, quibus stipendiis advenerat, submer-  
 gi fecit, violata omni equitate, a gentibus etiam observata, Nam huic  
 Regato Arcana quaedam communicaverat, quae postea communicata, poenituit  
 idcirco extinctum voluit, ne, quod acceperat, efflueret. Ideo fulcibus erat

Idem Tyrannus, ut nil tacere posset, In felix tamen ille, apud quem effutiverat, quod illum mori perdere contenderet; veritus, quod ne reticeret, quod illi creatum esset, unde solitus erat dicere: Si scirem / inq: / Capitis mei galerum meorum Consilio, unum esse conscium, mori in ignem conjectum eruri sinerem.

Demum Idem Violentissimus Rex, absq: ulla misericordia, et supra vires ac facultates Regni et Incolarum regis modicis Exactionibus tam frequenter renovatis, nulla necessitate, sed mera habendi libidine, universas Regni civitates atq: Rura afflixerat, graviterq: oppresserat, novis subinde excoctatis, atq: impostis censibus, tributis, telonibus, Prohibitionibus, Regibus, ac aliis innume- rabilis gravaminibus, de quibus singulatim scribere, foret nimis prolixum, nedum operosum, quarum rerum violentia omnes Regni Provincia adeo fuit facultatibus vacuis facta, ut ubiq: regnaret mera paupertas, omniumq: rerum.

Et cum iniquissimis gravaminibus universos paene Thesuros suo Fisco intulisset; tunc demum cudi fecit usualem monetam ex impositione magni pretii, sed ex re nullius prorsus Valoris, quo id circo non solum attulit Regni Inquietis Damna maxima, sed etiam est atq: erit perpetuo re ac nomine toti Danorum Regno ingenti probo: Atq: ut paucis dicamus; Adeo caecitatebat Cruelis Princeps, solo privati Commodi Respectu, ut diceret, omnes omnium Possessiones, jura, praedia, hereditates atq: opes ad se pertinerere, esseq: sui juris et Potestatis, imoq: omnium rerum, quae in Regno erant, non dubitabat avarissimus Rex se Dominium appellare, unde sibi persuaserat licitum esse, quicquid unquam animo illius collibuerat; Nec fecit sibi usus parat Dominium in Liberos homines Christi sanguine redemptos, quam in brutis pecudes, quod illos multo crudelius interficeret quam bestias bestiarum carnatores.

Ob hoc tam crudelia facta, ob impietates, caedes, strages, Compilationes, aliaq: innumera gravamina, iniquum atq: impium erat coram deo et hominibus, hunc Tyrannum ab ip- sis diutius tolerari, cum reverenter et frequenter admonitus nunquam se emendare curavit, imo ut suam Tyrannidem perpetuo stabiliret, vocari iussit omnes Regni Con- sules, praecipue Tutos ad Calundeburgum; veluti ab illis postulaturus Consilium ad- versus Rebellantes Suecos, sed revera animo perdendi omnes uno supplicio: Sibi tu- probe Conscie Vocati Veniebant: Verum priusquam illo pervenissent, repulsi sunt ad Littora Tutia contrario vento, Domino de illis hac ratione melius disponente; quod cum ille rescivisset, iterum iussit fieri solennem Dominorum Convantum Ci- vitate Arhusiensi ad eam D. Apost. Pauli Conversionis.

Interea dum publico rumore discurrunt Aquilonares Tutii Christ. Regem ad Arhusi- am venturum cum grandi exercitu recens ex Germania vocato, atq: praecedere illum Bombardas, bombardicosq: pulvares et globos, quibus erat de illis supplicium sumpturus, se ad sua Praedia confugissent; Provenientes fecerunt et illi Vibergiae Convantum, ubi valida Conspiratio facta est adversus intolerabilem Christ. Tyrannidem, crevitq: quotidie Conspirantium Numerus: Communibus igitur sceleris, primum missis, sig- nificabant eisdem justissimas defectiones atq: Rebellionis causas, moxq: faciales literas miserunt; Rex v. suis copiis dissipis, animo destitutus, quod esset sibi male conscius, re-

lecto in Pheonia Exercitu, ubi tunc erat, ad Hafniam est reversus; inde paraturus sibi fugam, quam fuerat jam diu meditatus. Interim eligitur novus Princeps ac Rex Illustrissimus Holstia dux, S. P. D. S. P. C. D. Christiani Regis Patruus, cui jam per totam Cimbriam circumdecto juratum est, praestitumq. fidelitates obsequium ab omnibus Regni Confiliariis, Proceribus et Magi. Stratis, nomine totius Communitatis quibus etiam ipse vicissim juravit, quod jurari solitum est a suis Praecessoribus Regibus, qui inaugurari solent ad hujus Regni Magistratum ac Principatum; Mutatus est itaq. dominus, Regnum vero minime sublatum, ut ex sequ. patebit.

Anno Dni 1523. vicesima die Aprilis fugit ex hoc Dacia Regno, mala Conscientia, et justo Dei judicio condemnatus ac territus Christ. S. N. & dux Rex Dacia, Svecia et Nor. waeiae, una cum uxore ac liberis, compilatis prius potioribus Regni Thesauris, sequidem sibi pessime Confessus ob Tyrannidem, atq. Principatum crudelissime gestum, cum universos Regni Thesauros suis navibus intulisset, posteaquam jam ab illo deservissent vine, reversi Proceres, Magistralis et Inquilini Regni per literas patentas, quibus defectionis causas copiosissime prodiderunt, ne inopinato ab illis opprimeretur. Collecta navium suarum Classe, transiit primum in Hollandiam. Cumq. ibidem non daretur tutus commeatu, statim illinc solvit in Selandiam navigaturus, quo cum ventum esset, obtinuit, quam voluit commeatum, Uxoris sua favore magis, quam propriis meritis. Ad hoc male meritis aut favor: Deinde multo tempore ut Exul et Peregrinus, ac hinc inde vagus percuravit. fere totam Germaniam omnibus inuis obfamofamfy. mandem.

Eodem Anno mense Junio in Profesto Barnaba Apostoli, obsessa est Civitas Hafniensis ab Exercitu Frid. Smi Novi Regis, cui erant juncta Suebicum Copio; Reliquerat eni in fuga Christ. S. Militum Praefidia quibus pollicitus est se reversurum intra 3 Menses, ipsum spatia cum multa Stratorum manu, ac rursum Regnum, quod desecerat, recuperaturum: Pervaserat eni sibi, illud esse hac occasione factu facillimum, si armis vindicasset Regnum a chancibus deficientium, mox hereditarium faceret ex stirpe Nobilibus, Regni Praefidia, sed Clementissimo Deo, qui natura crudelitatem, ac Impietatem odit, aliter visum est, qui flagellare ob peccata solet, non perdere; Corrigere, non extinguere; Quod si praedicta si reliquisset in Regno Praefidia, nec Hafnia nec Chalmogia rebellassent, sed mox venissent in deditioem cum reliquis Regni Civitatibus etc. Duravit eni obfidio pertinacia Militum, qui Regnum in Hafnia verius habebant, quam Militiam; pone octo menses se usq. ad festivitatem 3 Regum Anno 1524. durassetq. diutius, si illos Commeatu copia non destituisset, qua destituti fecerunt deditioem, qua liberis Conditionibus suscepta est; Absentibus e Regno militibus una cum domino Henrico Goise, Christ. Regis vicario fidelissimo.

Anno Dni 1524. mense Aug. 7ma die Eiusdem mensis cum multa Tempore Hafnia celebrata essent solennia Comiticia omnium Procerum et Magistralium totius Regni Daciae, ad qua etiam convenerant Magistralis Civitatis Wandaliae, pro firmando pacto adversus Regem Christ., qui jam publicis Regni et dictarum Civitatum hostis

habebatur, ac misse essent etiam quorundam Principum Legati, nempe Caroli Im-  
peratoris, Regis Angliæ, Henrici Octavi atq; Ferdinandi Archiducis Austriae, fratris  
Caroli supra dicti, hac ratione, ut vel prolixo sermone componere possent inter Illustriss.  
Princ. ac Regem Danicæ Frid: I<sup>mum</sup>, Magistratus Regni Dacici, et ipsissimum Regem  
Christiernum. Porro in Legatione nihil effectum est: Interea Illustrissimus Fr.  
atq; electus Rex Dacici Frid: I<sup>mus</sup>, qui Christ. comitibus totius Regni suffragis  
suspectus erat, Regis diademate est solenniter insignitus, praesertimque universis  
Regni Magistratibus ac Proceribus, ad haec Consulibus et Dominicis dictarum Wanda-  
licæ Civitatum, cum ingenti multitudine Domicellorum atq; promissis plebis, qui ex  
diversis Regni partibus Novi Principis felicibus auspiciis gratulari advenierant.

Eodem anno et mense Ipso die S. Laurentii Martyris, correptus est subitaneo morbo, Tho-  
masia sive paralyse dicitur, Nicolaus Hög, Epus auctus, in coibus Sp. S. Ha. sp., quo mor-  
privatus est loquendi potestate, ac membrorum usui, deportatusq; in Stabulum ubi de-  
versabatur, post novem diem a correctione desecit, ac mortuus est. Hic habitus est  
a quibusdam, Ecclesiasticorum hostis, quod constanter insultaret quorundam Virtus atq;  
Insolentia, averfareturq; Regum et factum Episcoporum, in certum an zeli, aut odii, aut ada-  
vitiæ affectu permotus; erat eni. valde eloquens, mireq; disertus, suspectis v. Rusticis ut pere-  
batur: imminabat gravis et intolerabilis: Multi sunt Ecclesiasticorum Oporos, quia opibus  
et Possessoribus sunt felices, non quod ipsis male utantur, sed quod possideant; atq; deinceps  
magis odio, quam zelo cupiunt viros Ecclesiasticos reformari.

Eodem Anno mense Aug: Ipso die fer. S. Bartholomei, habitus est Malmogio so-  
lennis Domenorum Convectus inter Regem Dan. Frid: I<sup>mum</sup>, et S. Gustavium Princi-  
electum Regem Sueciæ, pro firmanda perpetua pace inter hac 3 Regna, quo fortius refe-  
stere possent 3 Regnorum Immanissimo hosti, R. Christierno, jam 2 Regno profligato.  
In quo convectu communi Consensu statutum est, ut Sollandia Insula, p. qua semper  
inter Danos et Suecos fuerat controversia, esset sub ditione Regni Dacici, quem admo-  
dum jam fuerat 180 annis et ultra a temporibus Waldemari Patris Margarethæ Regi-  
nis 3 Regnorum. Restituta fuit etiam Sclaxingia, quæ duobus fere annis à Suecis  
fuerat occupata, dolo et fraude intercepta in fuga Regis Christ. 2<sup>di</sup>, famosi Tyranni  
Hac Pax et concordia facta est ductore Magistratu Zübicensi, qui tunc regebat dictum  
Gustavium, cuius suffragis et procuratore electus erat in Regem Sueciæ, cum tamen tanto  
Principatu videretur indignus, cum ob generis Inobilitatem, tum maxime ob animi  
ferociam atq; ignavi Dectoris nimiam superbiam.

Eodem Anno mense 7<sup>bris</sup>. 24 die mensis, perit naufragio Mag. Joanes Mile-  
recens consecratus Episcopus Upsolensis, in prociis à Monasterio Westerwig: Im-  
pingerat namq; in vadum Ipsa navis vi tempestatis impulsa, qua confraeta, conse-  
cit se in scapham cum novem aliis viris, quæ omnes una perierunt, procellis undiq;  
obrutæ et everse; Nam qui permanserant supra navis fragmenta, salvi ad scyllas, tran-  
quillo jam mari, parvenierunt, ut frequenter usi venire solet: Fuerunt, qui cum vit-  
igo fertunt Fatidici, illum ita perisse, quod malis artibus Episcopatum sit adeptus  
At resignationem namq; suam Præcesforem, Andreæm Mius, alioqui obineciam  
et ingenii Stuporem Episcopatu indignum, metu mortis adegerat. Nullis itaq; pro-

sumat temere ante tempus iudicare, Nam fragis etiam perire solent Viri sancti  
 et Deo amabiles. Ille Joannes ea fide, qua vulgus pro proximo vere Probatis laus  
 fidelem vocat, fuit olim Christ. Reg. fidei finis, quod promptus esset ad reverendum  
 illi morem in omnibus nulla animadversa ratione, an Christo digna mandasset,  
 nec ne, modo per fas et nefas Regis fisco multa inferre posset. Atque ita de latius  
 nobis Episcopum pestilivit usq. ad mortem Reverendus Pater ac Dominus D. Ericus Wal  
 denborgh, Archiepiscopus & Hildesheimensis: sic tum publica fama ferebat

Eodem anno, Mense Junis, igne consumpta est major ac potior pars civitatis We  
 lanfis, qua est Suetia Aquilonaris, irruente subito incendio ex domo aigardan Ci  
 vis, Engelberte nomine, et incauta furtivis custodia; habebat ex. hospites quosdam  
 Equitones, quorum incuria neglecta est in stabulo candela ardens, quae cadens primum  
 pallas; deinde totam domum succendit. Vulgus a. praedicta civitatis existimabat  
 ignem irrupisse iusto Dei iudicio ob illarum ac lesperarum lusum. Itaq. falso  
 profecto Engelberto imputabant, quod tota illa nocte lusisset alea, simul motientes  
 infidias, ut illum perderent, adeo en. communi suspicio steam et lesparas a.  
 versatur, ut credat rem divina ultione dignam, et lamen pleriq. hujusmodi  
 rebus ita sese noctes et dies oblectant, perinde atq. sententiam maxima licite  
 declarantes se hujusmodi factis, nec sensum habere communem nec proprium.

Anno Dni 1525. Cum Severinus Norby, Praefectus Gothlandiae adhuc milita  
 ret Regi Christ. D. Regnorum Hosti, nullo iudicio, sed summa desperatione, emi  
 sit aliquot naves, duce Ottone Stigoti; homine perfidissimo multisq. sacrilegi  
 is famoso; in insulas, nescio quas Danicae partes, nomine ejusdem Christ. Regis ja  
 mosi Tyrannus, cum jam occupasset Armem Sillisbuergensis, Civitatem Aasensis  
 atq. vicinam, statim obsessa est Civitas Haspensis ab Exercitu Danorum  
 D. Tychone Krabbe Principe ac belli duce: Ex obsidione igitur dictae Civitatis  
 misse sunt gregarii milites quingenti, duce D. Nicolao Bilde, Equite aurato,  
 represse furi Insultus quorundam Rusticorum, qui in saltibus latentes, insidias  
 moliebantur D. Tychoni Krabbe, Illiusq. Copiis, quibus dictam Civitatem Has  
 pensis obsidebat, quo cum pervenisissent et diluculo trucidassent paucos, quos  
 offenderant Rusticos, statim furore et insania perciti irruerunt in oppidum  
 Sillisbuergensis, quo existimabant Rusticos, quos quarebant, fugisse, quod oppidum, crudelissi  
 me interfectis omnibus, spoliarunt, omnibusq. bonis vacuis fecerunt, vig. temperatum  
 fuit a sacris, adeo favebant crudeles illitores, Tartaro digni, apud quos nunc est  
 rerum summa, quod soli hisce temporibus satis feliciter sibi fruuntur Finis  
 quum insania. Atq. haec faciebant sanguinari ibi absq. mandato Dni Tychonis, et  
 dicti Nicolaj Bilde, ut factus, haec facta sunt mense Martio, die mensis undecima.

Eodem Anno cum audisset Severinus Norbye, Rem us quos promiserat, succes  
 sisse, statim subsecutus magna navium Classe, ac ingenti militum copia, vindica  
 turus sub Potestate Regis Christierni totam Scaniam, si pro voto fuisset bellicera,  
 tum: Porro, qui cum D. Tychone erant, obsidentes Civitatem Haspensem, metuentes  
 Severinum esse viribus et armis superiorem, relictis castris, ad Chalmogiam per fugerunt.

ut auctis viribus, eade possent occurrere, veluti ex Infidiis, Severini copiis; Interim per auri  
versam Scania liberè gradatur Severinus, concurrendi undiq, conspirat infaniam vulgus  
suo malo, quod autumat se jam ab omni violentia omnig Principali liberatum; Scitum  
vastant omnia, immanibus sacrilegiis, Monasteria et Tempia profanantes, omnium Nobilium  
Arces et aedes spoliantes, quo n habebant thesuros et munitiones, quoddam etiam igne siccen,  
dunt. Cuius jam obtinuerunt Civitatem Lundensem et Landiscronensem, fugientibus in  
de militibus, qui posite erant in Proledis, statim cepit opera Rusticorum Civitatem  
Landiscronensem aggere et possis munire, aliq propugnabilibus, unde hostis imminentes  
arceri poterant.

Proinde hac Conjuratio facta, cepit eam Severinus d. 18. Apr.  
lis, Arcei Stellingburgensem oppugnare, Chr. u. nomine; verum post decimum diem obli  
cionem solvere exactus est propter subitam irruptionem, quam in illum faciebant ex  
Chalmogiam irruentes Trocures et Regni Capia, Præli dice ac Principe D. Tychone Grab  
ibe, quo eisdem temporibus nemo visus est pro adferendo dacia Regis à Chr. u.; Severini  
Norby, ac ceterorum Regni invasorum Tyrannide fortius depugnasse. Nec alia fuit hu  
jus Fragradia occasio, quam feditio et stultitia ignobilis vulgi Lundenfis Diocesid, quod  
est tributarium ac censuum Regalium impatientissimum: quam v. calamitatem pas  
sa sit Scania obnegatum Regium censuum summa erat et solidorum à singulis  
solvenda Incolis; ex sequentibus patebit.

Eodem Anno, d. 28. Aprilis, d. Tychone Grabbe Chalmogiam egressus cum valida armatorum  
manu, cum multis Regni Trocuribus pugnavit adversus instructam aciem Severini Norby  
quo jam fixerat castra sua in Civitate Lundenfi, unde irruptionem parabant in reliquam  
Scania partem, adhuc à seditione et prodicione alienam: Habebat a. Sever. Norby Grece  
tum Satellitum Danicorum, Militum gregariorum, Avium et Rusticorum.

Agitur d. Tychone in aperta ac patente planicie n procul à porta Lundenfi, cum sev. Cap.  
is congressus, stravit ex illis 5500, cæteris in fugam versis, atq ex Militibus quos quibus in  
captivitatem ductis 530. Erat a. iam atrox, tam crudele bellum, ut fugientes in Sam  
ples ac Pasilicis comprehensi trucidantur.

De bello igitur fugientes, mox reversi  
sunt ad sev. Norby, qui tum ex oppido Landiscronensi, quod occupabat, adversus d. Tychonem  
rebellionem parabat, quem seclat Victorem factum, mox obsidione conclusum dictum opp  
pidium Landiscronense; cum jam obsideretur, subordinaverat quendam Ottorem Stigote  
qui coactis aliquot Rusticorum millibus ex infidiis invaderet d. Tychonis castra, quod  
cum d. Tychone rescivisset, exploratis Rusticorum viribus, relictis castrorum Praefidis,  
intempesta nocte perrexit obviam Rusticis, jam ex adverso venentibus iuxta Lunden  
quendam, vulgo municipium Bunchetofte, qui videbantur infidiose conclusuri  
d. Tychonem Grabbe cum suis copiis, qui tum gravi obsidione circumdederat Severi  
num Norby, Publicum Regni hostem et Invasorem in dicto oppido Landiscronensi.  
Verum is Infidiarum præfidiis illos inopinatos anteverit, stravitq, fere duo millia et du  
centos, cæteris in fugam actis, nonnullis etiam in captivitatem ductis: Huiusmodi tur  
bas excitavit quidam Regni proditores, qui dohuc Principis Christi iniqua causa  
favebant, qui infidiantes totius Regni salutem abutebantur vulgi simplicitate usq  
ad gravissima dispendia et horrendam totius Scania calamitatem; quum quid  
dam, qui ex bello superstites fuerunt, maxima pecunia multati sunt supra vires et  
facultates suas, qua ad omnes Severino adherentes pervenit: In hoc prælio primus

omnium fugit Otto Stigoti, sceleris Artifer, cum vidisset Exercitum D. Sycho-  
nis, qui postea captus ab iratis Russis, traditus est Dominis Scania corrigendus, a  
quibus in Carcerem missus super Arce d. Joannis Holgeri

... ninge principatam, ac inde dimissus in Arce Hafniensi carceri mancipa-  
tus est, supplicio capitis afficiendus, sed quia nondum erat illius completa malitia,  
iusto dei iudicio alteri malo reservatus, etiam multorum precibus inde libera-  
tus est.

Hoc malum, adiuvi vulgi contra Proceres Regnorum edictum  
cipatum, adeo in secerat totam Germaniam, ut initio facto ab atra valle  
eodem fere diebus universum pene vulgus Germaniae conspiravit in perniciem omnium  
Principum, Sacerdotum, Procerum ac Dominorum, hacq[ue] primum occasione ex  
Lutherana Haeresi, qua ob animi soliditatem agerrime ferebat Primatum ac Præ-  
sidentiam. Sic sibi libertatem quandam auctore Luthero, hoc est peccandi licenti-  
am perasperant, ut nulli Principatui dicerent esse parendum, postea v. quam  
primo egressi sunt Russici, numero admodum vires et incrementa accipientes  
adhesionem multarum Provinciarum et Civitatum, everterunt Procerum Castra,  
Monachorum Conobia, et Sacerdotum atq[ue] Canoniorum Collegia sacrilega profa-  
natione, gravissimaq[ue] Clade omnia vastantes; Principes itaq[ue] Germaniae  
imminere novis simam Cladem, ni obfisteretur tanta Violentia, coacto gran-  
di Exercitu, ceciderunt plures quam 100000 <sup>Russicorum</sup> ceteris multatis maxima pe-  
cuniarum summa, oppressisq[ue] gravissima Servitute.

Eodem anno, Mense Aug. ipso die feriarum B. Hippoliti, cum essent  
in Civitate Hafniensi publica comitia, coronata est in Danorum Regi-  
nam Illustrissima Domina Sophia, Frid. Amis Danorum Regis Veni-  
ssima Coniug, et Filia Ducis Pomerania, multorum Virorum Nobi-  
lissimam gratulatione.

2<sup>o</sup> Dni 1526. Mense Febr. 19. die Mensis, diem clausit extremum Vir valde  
venerabilis, et ob id longa memoria dignus, Mag. Andreas Priis, Cantor Haf-  
niensis dignissimus, posteaquam multis annis fuerat ejusdem Ecclesie  
Hafniensis Tutor ac Dispensator, qua sub illius Tutela suscepit multa  
et proclara Incrementa, rebus testantibus. Hic multis annis gravi agitudine  
laborabat, cujus tolerantia pie credimus abolitum esse atq[ue] expiatum, quod per illum  
humana fragilitate in vita designatum est, maxime cum largiendis Eleemosynis  
multis liberalibus Viris proflaret, unde ob insignem erga pauperes benignitatem  
omnium ore ac voce celebratus est; Semper enim in mente habebat hoc Christi  
Verbum: Date Eleemosynam, et omnia munda sua vobis; Desideratus adhuc  
hodie, et posthac etiam multis annis desiderabitur; Item tulit Dominus, ne vide-  
rent illius Oculi abominationem illam horrendissimam, a Lutheranis postea  
factam, permittente Friderico, sacrilego Rege, sub Joanne Tausen, omnium  
hereticorum pertinacissimo.

Eodem anno die 28 Maij: Cum per universam Lembriam sepperet Virus Luthera-  
nae factionis, submersus est quidam Joannes Eoberni sacerdos, Sacerdotisq[ue] filius,

juxta Olburgam, ejusdem factionis pertinacissimus Sæctor. Erat a. Fil. Esberni, olim Canonici Wiburgenfis. Ille Joannes post multas in Deum ac Divos omnes sanctas Ecclesia Sacramenta blasphemias, cum dixisset execrabili sua lingua se malle perungi stercore bovino, quam Christum aut oleo verbi Divini, et solenni benedictione sacra, baptizassetq; in fonte Baptismatis Diva Virginis statuiam, jamq; probe potius, lactis est, tali quodam defidario, maris finium, que eandem urbem attingit, transmittendi, cum solvisset à littore, præcepit in mare delapsus, submersus est, puero tamen periculum dispensatione divina factum est, eisdem temporibus, in ultionem scortationum sacerdotum, ut nulli magis faverent impiæ sectæ, quam sacerdotum spurii, inter quos erant pleriq; mihi noti, sed multo plures pluribus; primus mihi notus erat Ille Joannes D. Esberni, Canonici Wiburgenfis filius; 2<sup>us</sup> quidam Mag. Georgius cujusdam vicarii Wiburgenfis filius, cujus sororem, Dorotheam nomine, Mag. Joannes Tausen omnium Papistarum in Dacia primus, duxit uxorem; 3<sup>us</sup> sceleratissimus quidam D. Laurentius Hwijs, Sigisbertus Secretarius, filius Dri Petri Hwijs, etiam Canonici Wiburgenfis. 4<sup>us</sup> quidam D. Joannes olim Cancellarius Episcopi Wiburgenfis; Novus ipse Armelita quidam Sæctor, nomine Mauritius, filius cujusdam Propositi in Saxonia; Sic erat callide impudens et impudenter callidus; Taceo alios quosdam, me hi propriis notos, de quibus, forte olim, si vita fuerit Comes, sum scripturus, nempe completa ipsorum malitiâ.

Eodem anno Mense Junio, cum ante biduum Staphnam intrasset Frid. R. Chr. 2<sup>us</sup> de famosi Tyranni Successor et Patrius, una cum Magna Pioe, Equitum Magistro, aliisq; Stollatis multis, cepit Lutheravorum more, Feriis festis, carnibus vesci, quibus Christianorum omnes à temporibus Apostolorum, carnibus abstinebant; hoc pessimo exemplo Sialandis prius inaudito multi sunt scandalizati; Nec dubium quin ejusdem Magistri Equitum Consilio factum sit, quod is totis viribus Lutheranismum in hoc regnum certaret inferre; cum quidem eodem anno idem Magnus Pioe sua sacrilega temeritate coepit communicare sub utraq; specie, absq; ulla preparatione previa, qua veteres Christiani expiari solebant contritione, oratione, jejuniis, confessione, elemosina, aliisq; piis factis; Coeperunt eodem anno, suo Volente et connivente Principe, Proceres aliquot Regni, universa Sæcra conspuere atq; contemnere, omnium Scullorum sanctissima Decreta, qua à temporibus Apostolorum ad nostram usq; ætatem fuerunt religiose servata; Quod si justissimus Deus pepercit, tunc tulit hæc probra, iudicet Posterioritas; Ego vero n. posui mihi non per suadere quin ultio Divina illis brevi immineret, quod superblis sine contemneret sacris legibus Princeps omnium bonorum virorum, Nobilium et Ignobilium, sacrorum et profanorum salutaria monita et Consilia; Divina en. dispensatione factum est, ut nec Sacerdotes omnes, nec Proceres omnes faverent ipsi factioni, alioquin jam dudum de omnibus sacris rebus actum fuisset.

Eodem anno et Mense, ipso die 10000 Chartyrum, solvit à Portu Staphnienfi multo nobiliorem Comitatu Filia Frid. Regis, mare Germanicum transmissura,



ad Magistratum Prussia, cui jam nuperat, posteaquam contempto Religionis Voto, quo tenebatur, defecerat ab Ecclesia Romana obedientia, factus iam Lutheranicæ factionis perversissimus Sæcator, vindicato per Tyrannidem toto Cruciferorum Ordine.

Eodem Anno, die S. Joannis Baptiste, accessit fuit ad Arcem Staphniensem frater quidam Paulus Helia, Carmelita, iussu Sacrilegi R. Frid. Ami per Dnum Sj. Thonem Krasbe, ut suam de Lutheranismò publicè prædicans sententiam diceret, cui ob id promissus fuerat securus Comæatus, ne ullò modo laboretur Verbis aut factis ab impietissimis, impietis finisq. dicti Regis militibus, qui una cum Rege erant, sacrilegæ Sectæ Lutheranicorum addictissimi, cumq. multis hollatis, Magistro C. guttim, Magno Jöge, omnium Lutheranicorum in Dacia Intesignano; cumq. idem Paulus modocri libertate suam de Lutheranismò sententiam dixisset; ingenuè confessus, neutram partem esse sobriam, adeoq. alteram non sine altera esse corrigendam, ab Arcæ descendens, tantis affectibus fuit contumelias, convitiis et calumniis a turba frumentum ac insultantium Militum, ut à Cæde ipsius verget temperatum. Subornavegunt enim Histrionem Magni Pice, Jacobum Kras appellatum, qui, vibrato ense, illiusq. Socium usq. ad Castra Portam est insecutus et ac verè Alterum illorum Cæsiset, nisi illius Curfus à sequentibus Sacerdotibus et Clericis fuisset remoratus; Nec cessatum fuit à clamore et approbatione, donec omnino ab oculis Infanorum Militum esset subductus, alioqui vociferantes infans vocibus clamabant, illum ad maledicendum Christo Deiq. verbo muneribus esse corruptum: quidam Lupum et animicidam appellabant; alii Monachum et Hystocritam, nonnulli vero Lupum et Impostorem: Talis erat Fides Principum huius sæculi, talis etiam Honor Clericis habitus.

Hoc eodem die S. Dni 1522. cum Idem Frater Paulus Helia concionaretur in dicta Arcæ coram Rege Christiano, famosissimo Tyranno, de Hæro, dis et adultera Herodiadis crudelitate, adeo offensus fuit Idem Tyrannus ob dicendi libertatem, ut proxima sexta feria Donationem Hospitalis S. Georgii atq. eius ditionis possessionem; quam per petuo dederat possidendam Collegio Carmelitarum, cui tunc profuit Idem Paulus; revocaret. Sic non tanquam montes nisi si emigaverint statim.

Anno Dni 1527. Mense Aug. habitus est sollemnis Dominorum ac Magistratum Regni Conventus in Civitate Ottonia Insula Theonia, ubi aderat etiam Frid. R. cum suis Hollatis, penes quos tunc erat regnum suum. In hoc Conventu nimis oportum est ius Episcoporum, in tam Principis quam profanorum Procerum malitia, quod habebant ex jure Ecclesiastico, ex Regibus Casaribus, et Rege Danica, ex longa consuetudine atq. etiam ex Privilegio omnium Principum Christianorum, in criminosos nempe adulteros, incestuos, atq. eos, qui aliquoties in suis Divinum quicquam designassent, quos comprehensos, et de crimine convictos punire solebant, nunc pecuniarum multa, cum carcere et inedia, non nunquam flagris et compedi; Hoc quæcumq. ius, quod tamen multum ponderis conciliabat Pontificum auctoritati, transiit ad

ad singulos Regni Proceres, ut quicquid cum sibi subiectis Rufficis, aut aliis quibuscumque Subdi-  
ctis, hoc iuris habebat, perpetuo possideat; hac lege, ut caetera Episcoporum iura omnia ipsi  
remaneant illibata; quae in re nec est servata publica Principis, caeterorumque Nobilium fi-  
des, nec ulla diplomata, quantiscumque sigillis obfirmata; Quum ab hoc Conventu mentis  
est servata publica fides, et sigillata Diplomata Ecclesiasticis Viris, quam unquam  
Christ. temporibus; Ex hoc Conventu etiam emanarunt mira impudentia ac temeritate li-  
tera quaedam decretales Episcopis et invitis et irrequisitis, quibus omnes et singuli Sacerdotes ac  
Monachi recipiebantur sub publica Regis tutela, qui Evangelica libertatis protectu volebant vel  
Clericatum abdicare, vel uxorem ducere; unde facta est magna vita licentia, turpisque mul-  
torum scelerum servitias; coepitq. ab illo die publice et palam concilicari pietas, negligi  
Religio, videri iudicium, profanari vita sanctimonia: Talis erat Fides Sacrilegorum  
Principum illius seculi, contra jusjurandum, contra publicam fidem, ac contra signatos  
Inaugurationum Libellos et Diplomata.

Eodem Anno defecit ab Orthodoxorum Ecclesia et ordine Carmelitarum quidam frater  
Petrus Laurentis Westvedensis Lector, factusq. est impudentissimus Lutherica facte-  
ionis declator, ut erat ingenii perversi ac perversicis, qui aliquam diu manens in Mo-  
nasterio Rosenfi ejusdem Ordinis, dissipatis atq. Compilatis Mona-  
sterii rebus, ac Monasterio arbitrio Civium Lutheranorum tradito, tandem ad Malmo-  
giam Sacrilegorum Apostatarum Speluncam atq. omnium Haereticorum asylum, se trans-  
tulit, ibidem futurus Triapista, quia noluit esse Sapiſta.

Anno ab orbe redempto 1528. defecit ab Ecclesia Civitate tota parte Malmogiae,  
sub Pradicatoris quodam Nicolao Vasculario, olim Sacerdote, tunc v. Apostata per-  
fidissimo; hic mira regnandi libidine in illius Civitatis Populo negociabatur, quod  
esset rerum alioqui novarum cupidissimus; Erat a. Vasularius iste homo plane in-  
doctus, bonarumq. plane disciplinarum rudis, nullius etiam iudicis, sed vulgari lingua  
mira facundus ac disertus, ac plus quam credi posset, audax et temerarius. Cui  
eodem anno contigit socius et coadjutor, alius quidam Apostata de ordine S. S. Joan-  
nes Sicularius vulgo dictus, Nicolao parum doctior, sed tamen auctoritate minor,  
atq. Malmogienſis erat; Nec Christi Verbum non est Propheta sine honore ni-  
si in patria sua; de illis impletum est, quia in sua Patria habiti sunt Viri magni  
pretii, quamvis obscuris parentibus essent nati; Hi docebant Populum divos omnes  
blasphemare, omnia sacra Christianae Religionis concilicare, Sacramenta irridere,  
opera bona damnare, profanare templa deo dicata, demoliri sacras aras, flammis  
ultricibus dare divorum statuas, videre jejunia, solennes ac publicas preces, et quidquid  
hactenus servatum est a fidelibus pro virtutum custodia, vel ad cohibendam carnis  
lasciviam, aut ad promovenda Pietatis studia; Contemnere etiam publicam et mul-  
tis de oculis approbatam Ecclesiasticorum auctoritatem, ejicere Monachos, spoliare  
templa, vi decipere Monasteria, dicebant a. mira impudentia a Temporibus Aposto-  
lorum non esse verum ac germanum predicatum Evangelium, nec illos tantisper-  
ficiisse veros sincerosq. Christianos, nisi eos tantum, quos Ecclesia semper pro haereticis

habuit, unde et impudentissima impudentia ac stolidissima stoliditate dicebant  
omnes Pontifices Romanos, fidei nostra Doctores, esse et semper fuisse ipsosimos An-  
tichristos, nec alium Anti-Christum esse expectandum: Universos v. totius Orbis  
Episcopos, Praelatos, Monachos, Sacerdotes, ac Clericos, Romano Pontifici paren-  
tes, esse Papistas atq. Romanae Tyrannidis Satellites; Proinde quidquid haecenus ha-  
bitum sit S. Sanctum ac veluti ab Apostolis et Apostolorum auditoribus nobis tra-  
ditum religiose servandum, ut est sacer ritus celebrandi Missam, Votorum obser-  
vatio, Aborum abstinence, Defunctorum Commemoratio, Sacramentorum admi-  
nistratio, bene operandi studium, aliq. multa, quae ad Virtutum Scholam  
pertinent, aiebant esse papistica, atq. Romanae Tyrannidis figmenta, neo quid-  
quam volebant esse ad Salutem consequendam necessariam praeter unam solum  
fidem, opera magis esse oneri quam honori, quod sint inanis gloriae atq. hypocri-  
sis inevitabilis materia; Addeo caecitatebant miseri homines, ut propter qua-  
rundam rerum abusum, ac quosdam impios Pontifices, mallet confundi ac sub-  
verti omnia Christianismi Sacramenta ac pietatis Rudimenta aboleri, quom-  
quorundam Impiuitatem ad Calculum et Correctionem Vocari: Stabant a:  
omnes ejusdem factionis sectatores virulentissimas atq. maledicentissimas ling-  
uas, quando, absterse omne pudore, nihil frontis erat in illis; Quam quidem viros fan-  
tissimos, Martyres et Confesores: quorum memoria semper fuit S. Sancta: non vere-  
bantur appellare lupos, impios, seductores, fures, homicidas, et latrones. Et  
cum haec agerentur, erant Civitatis Malmogienfis Consules, Westphalis quidam  
Georgius Cocus, faber monetarius, homo praeter usuram, peculationem et imposturam  
etiam multis adulteris infamis; et quidam S. Cobus Nicolaj, ut natu major, ita  
impietate ac impudentia altero non inferior: Hi duo Viri sacrilegis et per-  
fidia insignes, fecerunt Malmogiam esse Latronum speluncam, omniung de-  
spicatorum et Apostatarum Agylum; Porro cum vidissent praefatos Conciona-  
tores ob eruditionis inopiam non satis posse novatam tueri Religionem, si-  
cumq. veniret in concertationem, vocatis ad se duobus Apostolicis de Ordine Lay-  
militarium postea ad omnem Impietatem sunt abusi. <sup>Unus</sup> erat natione Data-  
vius, Sceptor Franciscus nomine, alter Sialandus, ex Westvegia oriundus, Rec-  
tor Petrus Laurentii, Franciscus non solum tunc impudentior, sed etiam natu gran-  
dior; Hic Petrus factus est Civitatis Cancellarius; editis en: aliquot libellis,  
conatus est Hareticorum more, innovata apud Malmogienfes Religionis rationem  
reddere, qua in re se torfit vehementer, casu tn: labore, cum Impietas contra  
Pietatem nihil efficaciter statuiere posset. Iste Petrus, usque ducta, perseve-  
ravit in sua perfidia, impudentior se ipso factus: Proinde Datavius ille Fran-  
ciscus multo tempore sua perfidia Verus dissimulavit, in abusus ac malos mores  
vehemens declamator, interea nihil Errorum admittens, pertinaciter et contentiose  
alioqui de multis thematicis disputans libere: Verum hac cinctatione factus  
est omnium nocentissimus: Principio en: videbatur mitigatioris, correctusq.

ea, quae primorum Conceditorum vel Impudentia vel imprudentia irrepserant in Eccle-  
 siam Chalmogensem, idq. ad normam Ecclesiasticorum Dogmatum; hoc a. faciebat, ne  
 videretur adficere super fundamento, ab aliis facto. Alioqui erat opinione, sententia,  
 studio et affectu alius omnibus deterior, sceleratior, impudentior, qui posteaquam multis  
 spem perpetui celibatus fecisset, captus insano amore, duxit et ipse puellam quandam  
 uxorem, invitis ejusdem puella curatoribus, omnibusq. amicis reclamantibus; qui ut  
 incredibilem libidinis suae furorem Conjugii titulo faceret, bis librum edidit de  
 Sacerdotum, Monachorum, et Monialium Conjugio, ut sit ipso mendacio mendacior  
 et ipsa Calumnia Calumniosior; Nam Conjug. factus, adeo mutavit Ingenium, fron-  
 tibus perficiens, ut omnium Lutheranorum Impudentissimus factus, multa et scripsit et  
 docuit impudentissime, nullo iudicio, nullo tam Consilio, sed sola ambitione coectus, e-  
 irat en. quoddam gloria Mancipium.

A.° Dni 1529. d. 29 Aprilis oppetit mortem Vir nobilis ac perpetua memoria digni-  
 mus, d. Lago Wyrne Episcopus Roschildensis, coepit namq. vixente ad huc etate,  
 Anno etatis suae, ut creditur, Sexagesimo tertio. . . . . sive angina laborare,  
 qua suffocatus quinta die mortuus est. Solet morbus ille, quando fatalis est, quinta  
 die a correptione mortem inferre, et ultra illum diem vix sicut querequam vivere,  
 cum plerumq. etiam primo, secundo et tertio die interens se Compertum est; Porro  
 cum ipsa natura omnium rerum. Parens, aut potius natura deus, proclavo huic  
 viro gemias quassam dotes contulisset, adeo, ut eruditione, doctrina, faciendis  
 ac varia morum gravitate universos regni Episcopos praeceperet, quibus rebus cum  
 prudentis sine auctoritatem suam vindicasset a contemptu, appareret paulo se-  
 verior, non desuerunt tn. Pontificis dignitatis Osiores, qui haec adferberent  
 fastidii ac Tyrannidi, idem dum adhuc viveret; quando quidem post fata ab omnibus  
 desideratus est, etiam iis, qui adhuc vivente sub- invidebant, haec est en. gemia  
 rum rerum conditio, ut tunc primum desiderentur, cum absint; in suis nihilominus  
 cognatos et propinquos erat propensior, quos magno affectu, sed nullo iudicio diligebat  
 non sine magna pauperum Christi injuria, quos constat veros esse bonorum Ec-  
 clesiasticorum Haeredes; Timebat en. Nobilitatis titulo, et Majorum imagi-  
 bus, quod quidem vitium cum multis est commune Nobilibus tn. proprium ac  
 familiare, cum avaritia conjunctum; Sed quoniam ille lapsus humanus est pie-  
 credentis, ab illo condonatum, cuius proprium est misereri ac parcere, una cum  
 aliis, quae per humanam fragilitatem commisit; At hujus Rev. Patris obitu coepit  
 ita est mox ruina Ecclesiae Roschild. At hic Lago Wyrne successit vir nobilis  
 Joachimus Ronnow, multis malis et vehementer iniquis conditionibus, n. tam  
 suo quam sacrilegi Principis Frid. Vitis, qui tum abrogato per Tyrannidem Electi-  
 onis jure, vi ac potestate omnium Ecclesiarum jura occupaverat, adeo ut nulli con-  
 tingeret illa dignitas, nisi interveniente grandi pecunia contempta Religione,  
 et abjurata obedientia perpetuo debita ac praestita Romanis Pontificibus, doc.

toribus et Magistris fidei totius Occidentis. — Nec sublata fuit Tyrannis  
 qua Romanis Pontifex sibi omnes totius orbis Ecclesias subjecerat, sed venus  
 commutata; Et quandoquidem confirmatio olim mille adreis a Pontifice  
 redempta, nunc a Principe Profano et Sacrilego 6000 comerebatur; Et qui  
 Pontificis avaritiam execrabantur usq. ad Schismatis perfidiam, de cuplo a.  
 variores facti, sibi pulchre placebant, us non parvam gratiam habentes, qui  
 haereses ac Schismatis occasionem Evangelicae libertatis Patetui inveni-  
 erunt, quae res cum tanto Principum lucro conjuncta magnam fenestram  
 aperuit Lutheranismus in hoc Regno propagando.

Eodem Anno, eisdemq. diebus, cum Frid. R. se totum Lutheranismus addidisset  
 pariterq. decrevisset universum hoc Regnum labefactare, transtulit ex Wiber-  
 ga Civitate Suetia, in Hafniam quendam Joannem Teisen, Apostatam  
 ex ordine Hierosolymitanorum, ac omnium Lutheranos in Dacia Ante-  
 signanum, ut pestifera sua predicatione Hafniam seduceret, quemadmo-  
 dum Wibergam, aliasq. Suetia Urbes antea seducerat, quos, ex terminata om-  
 ni Religione, miseranda abominatione profanaverat, quod cum pervenis-  
 set, adeo crevit malitia, ut ea Civitas, qua pietatis ac Religionis prius  
 fuerat amantissima, tenacissimaq. facta sit omnis Impietatis ac abo-  
 minationis Spelunca sceleratissima; Seductus namq. Barbarus ac igna-  
 rus populis incredibili furore et insania, tantum paviebat contra Tem-  
 plorum Religionem, ut non solum existeret Divorum statuas, verum et  
 hanc S. Sanctam Eucharistiam horrendis conviciis affecerit, atq. demum  
 patravent, quidquid impietatis audiverat patratum, vel à perfidis Malmo-  
 gensibus, aut etiam insanis Wibergensibus; Nec patiebantur scelerate  
 Civis ullas Lutheranos urbes aliqua abominatione et impietate es-  
 se superiores.

Anno Dni 1550. In festo Visitationis B. M. V. celebrata sunt Hafnia solen-  
 nia Comitia, ad qua vocati fuerant cum Orthodoxis Episcopis et Presby-  
 teris etiam Concionatores Lutherani, hoc animo, ut sub Judice vulgo res  
 universa transigeretur; de tunc erat controversum inter Orthodoxos et  
 Lutheranos Haereticos: Lutherani v. destituti solidis ac sinceris Scrip-  
 turis, rationibusq. efficacibus, graviter tamen iminebant Orthodoxis, freti Ty-  
 wannide ac favore Principis, cuius Praesidii ac Protectione tuti erant, et exem-  
 pli ab omni jure; prevaluerunt, Indubie Haeretici adversus universum Cle-  
 ricorum Ordinem, ni Orthodoxi prudenti Consilio diu tergiversati fuissent,  
 non esse donec Judices, quos Lutherani delegerant, atq. tandem provocasset,  
 ad Generalis Consilii sententiam; Interca tn: sicum vulgo faciebant Haeretici, se  
 victores esse, seq. factantes Orthodoxos ad liberam disputationem toties pro-  
 vocasse, quod etiam revera faciebant, verum lege intolerabili; quia disputa-

stationem Danicam sub iudice vulgo insanissimis urgebant clamoribus, scientes hac ratione victoriam esse certissimam, qua maxime movere pendebat ex populi clamore, atq; sacrilegi Principis et quorundam favore non minus insano, quam violento; Cleri namq; odio & coccati, ac bonorum Ecclesiasticorum cupiditate ardentis; neq; consilio aut prudentia regebantur, sed affectibus perversi, ac armis potentes et validi, una violentia totum Ecclesiasticum Ordinem simul vastare et perdere conabantur, ne ex terni hostis metus oblati set, nempe R. Christierni, qui tunc erat toti Regno formidabilis, sed precipue Satrapis et Proceribus. In eisdem Comitiis sacr. Principe non solum conueniente, verum etiam instigante, ac adhortante, tibus quibusdam insanis Proceribus, sceleratisq; Civibus, tanta lingua petulantia debacchati sunt in Episcopos et Regni Praelatos concionatores Lutherani, ut omne Convictionum genus contra eos evomuerint; Nec tantum eos perstringebant, sub luporum aut mercenariorum nomine, in gratiam insipientis vulgi, sed perpetuo furore clamabant illos fures, latrones, seductores, proditores, homicidas; Huius tanta Insania rabiem nunquam impunitulissent Princeps et Regni Proceres, si in illis fuisset illa mica pudoris; verum odio, avaritia ac impudentia pleni nihil non et ferebant et faciebant.

Anno Dni 1531. 3tio die Natiuitatis Dni, qui d. Joanni Evangelista sacer est, Lutherani quidam Hispanienses incredibili furore saevientes ac insani. rentes, invaserunt Templum D. Virginis, quod illius urbis est sumum ac maximum, illudq; sacrilegis manibus profanantes, primum divorum statuas omnes deiecerunt, ac securibus confringentes, spulis, colaphis, ac blasphemis vocibus irriterunt, deinde Cleri locum ingredienti, subsellia, ac universa subselliorum tabulata destruxerunt; sumum tn. altare mansit incolime illud protegente n. sine Captis periculo, urbis Praefecto; Caetera omnia sunt profanata, etiam usq; ad Librorum dilacerationem; Ea v. probra et Convitia in Christi Sacerdotes, atq; in omnia nostra Religionis sacra sunt congesta, narrare n. libet, quod sint omni fide majora; Huius a. Sacrilegii precipue auctores dicebantur esse Ambrosius quidam, tunc Civitatis primarius Consil. quo Magistratu paulo post ob proditoris Crimen est spoliatus. Conradus cognom. momento Kochen, Andreas Faber argentarius; Wilhelmus Longe, Joannes Riger, Erasmus Pastor; Theodegarius Naiclerus; Hermannus Holing; Jacobus figulus; Petrus argentarius; Hi namq; dum essent sine mente, sine ratione, ac sine prudentia, homines plane deplorati, ac multis etiam sceleribus infames, quidam propius obarati, in Deum impii, atq; in omnia sacra ac divina blasphemi, quod singulari quadam consuetudine adhererent seditionis Auctori Joanni Tausen, monstro omnium imanis, infimo, cuius etiam lingua nihil unquam fingi potest impudentius, clancularius Conspiratoribus coegerint et faece plebis magnam turbam, ut n. esset certus tanti Sacrilegii Auctor

cui tantum flagitium posset imputari; hac itaq; turba flagitiosorum hominum, vig. sub noctem sese ab a sacrilega profanatione, ac prociū dubio diei noctem conjungens, nisi tandem supervenisset sceleris Artifer, Joannes Tausen, qui totum diem latuerat, seu, ius iussu aegre cessatum est; unde evidentibus comperitum est argumentis, facilius esse, in sanos homines irritare, quam irritatos cohibere: Hac abominatio facta est Petro Kempone Pro-Consule, qui cum nec esset genere Clarus, nec Virtute insignis, nec prudentia conspicuus, nec non aliquod esset, hoc famoso scelere, aliisq; sacrile, rois multis contendebat nobilitari.

At hoc sacrilegio notatus est Joannes Tausen magna factorum suorum Inconstan- tia, ut est inconstans haeticorum hominum genus: Siquidem proximo sermone adeo laudibus extulit hoc nefandum sacrilegium, ut diceret esse perpetuus dig- num premium, ac facinus, quod praecipue deceret Evangelicos Viros; At ubi bo- nam Magistratus partem hoc sacrilegio vehementer offensam comperisset, dirag- minari, quibus etiam sacrilegis manus injicere, Magistratus gratificaturus, Con- versio jam sermone, clamabat, imane scelus esse patratum, nec vulgaribus sup- plicis, sed Patibulo et rota expiandum: ob quam inconstantiam multe dejer- visserunt ab eo, nisi impietis finium ius iurandum obtulisset, quo sic Satanae persua- sione multe erant obstricti, ut nunquam fas esset actionis lazes deserere.

Postea v. quom sic profanatum est Templum, mox clausum est, adeoq; cessarunt omnia sacra, ut nec pateret Lutheranis, nec Orthodoxis, mansitq; clausum inte- gro anni anno scilicet usq; ad diem . . . . . Anno Dni 1538. Tunc en. aegre aper- tum est iussu et Confessu quorundam Procerum Regni, qui eisdem diebus Mal- ticia agebant, pro apertione tamen acriter instante et urgente Dno Electo Sae- schildensi, nec minus acriter reclamantibus, repugnantibusq; universis Luthe- ranis, atq; imprimis Joannes Tausen, primario urbis Concionatore. Qui nulla re videntur magis offensi, quam quod Templum tali lege apertum, ut neq; Lutheranis, neq; Lutheranorum cultui pateat, sed tantum Orthodoxis; quod res non parum offendit sacr. Regem, contristavitq; Magistrum Equitum, inter haeticos, haeticis simium, quorum violentis, rasisq; vigeat quidquid usquam erat Lutheranis in toto Danorum Regno.

Sed neq; alia causa, sublato Electionis iure, vi ac potestate intrusus erat D. Joachimus Ronow, tunc pro Electo Sae schildensi habitus, quam ut per Al- dum tota Scania Lutheranismo adungeretur. Nam cum vidisset Prin- cept, irritam esse suam postulationem, qua filio suo adhuc in partu, E- piscopatium Sae schildensem, inde Principatum facturo, postulaverat odio totius Clari, sibi in viti, praesatum D. Joachimum Ronow, accepta vi mag- ina auri, violenter intulit dicto Episcopatu, quem sciebat esse anime fa- rocis ac impotentis, et in Lutheranam factionem valde proferri; Verum

ubi Princeps comperisset, eundem D. Joachimum Ronnow, accepta Episcopatus  
ditione, penitentiam mutasse, factumq; paulo sincerorem, quam fuerat. Ille  
itam esse erat profanior, quam vel Episcopum deceret, aut etiam Ecclesia rebus ex-  
pediret. Indoluit itaq; poenitentiq; Magistrum Equitum, quod illi unquam fuerat  
Ecclesia hœ schildensis dispersatio. Verum utriusq; partis successus in sequentibus patebit.

Hoc eodem Anno, cum Christ. & famosis Tyrannus semel et iterum frustra  
tentasset, armis vindicare Danorum Regnum, à quo iusto Dei iudicio deturbatus,  
jam magna recuperandi Regni spe erectus, tertio tentavit, quod antea non successerat.  
Instructa igitur magna classe, atq; coacto magno Exercitu, solvit ex Hollandia, ad  
alto mari diu iactatus, multa etiam naufragia passus, tandem in Norvegiam  
circa festum S. Martini, desperatorum Asylum pervenit, ubi diu fluctuabat  
inter spem et metum, incertus, quorsum tandem dixeret. Relictis igitur pro-  
spiciis in obfessione Arcis Ager huius, cum reliqua parte copiarum vi occupavit  
Arcem quandam Harsborg, nuncupatam, in ditione quadam, vulgo Wügeri dicta  
interfectis omnibus, Præsidia ibidem habentibus; deinde semel apud Gudofias  
cum Suecis et paucis Danis infelici Marte conflictet, cui, cum nec gloriosa, nec  
esperata contigerit victoria, et illo pugnante exiusta essent illius castra per  
Dn. Nicolaum Bilde, Praefectum Arcis Daahws, quo habebat in oppido  
Kongalde, et quo habiturus erat in Marstrand et Oddewald, visum est re-  
dire cum superstitibus à bello et fame ellicitis in Opslo Civitatem, ubi pre-  
mum veniens in Norvegiam appulerat, ibi aliquanto manens tempore, verius  
incrementa recepit adhaesione quorundam Episcoporum ac Nobilium Regni eju-  
dem, qui rebus deploratis obgrasiantem Lutheranismum coacti sunt vel aquis  
vel iniquis rationibus illi adhorere.

Ano Dni 1552. Mense Aprili, celebrata sunt Hafnia publica Comitia, in quibus  
consultandum erat de ratione exturbandi Regem Christ. à Regno Norvegia, quo  
hostiliter invaserat, cuiusq; magnam partem jam occupabat. Interea iustissimo se-  
mül et misericordissimo Deo pro Danis pugnante, contigit inperata Victoria;  
Electus en. ad Episcopatum Ottonensem Kanutus quidam Henrici, circa stellavi-  
rgo nuncupatus, profectus est Danorum Copias adversus Regem Christ. in Norveg-  
iam missis; qui tum esset à Chr. viribus ac armis superior, non auctus hanc bello  
transigere, ut illi iussum erat, cum à Regia Majestate, tum etiam à Regni Ma-  
gistratu, dolo ac fraude cogitavit dolosum Regem circumvenire, quem armis vir-  
tute desperabat, quod tñ. facti erat facillimum, si tam fortem habuisset ani-  
mum quam invictas habebat copias; oblatis igitur à Chr. pacis et Concordie  
à Regibus, facile impositum, <sup>est</sup> Regi non solum Calamitosa, sed etiam Viribus et  
Copis militaribus destituta; Nam ex 6000 viri erant superstites, sesquimille  
mari, fame, peste, ac gladio simul adversus Chr. crudelitatem iusto Dei



iudicio / quia nunquam miserere didicit / conspirantibus, acriter pugnantibus:  
 Sgitur post multas technas et versutias, hac tandem lege, aegre dolosum Confili-  
 um persuasum est, ut Rex Christier., dimissis per terras militibus, in Germani-  
 am profecturis, solus cum paucis familiaribus ac univ[er]sa suppellectile, con-  
 fecta nave, transmitteret in Daniæm cum Rege et Regni Magistratu de  
 ratione inciendo pacis tractaturus, quæ si non contingeret pro ipsius voto, iam  
 finiretur liber abnavigare, aut in Hollandiam, unde solverat, aut in  
 aliam Germaniæ Provinciam, quam sibi commodiorem delegisset: Ubi tandem  
 ad Portum Hafniensem ventum esset, et omisso pacis tractatu, de rumpendi  
 federis modo cum profato Pacto Ottoniense inite acriter consultatum est,  
 ruptum est fœdus hoc protaxtu, quod initum erat invito Rege, ut fere-  
 batur, ac Regni Magistratu inconsulto, quorum iussu ac permisso potesta-  
 tem acceperat dictus Caritus, non componenda pacis sed belligerandi cum  
 R. Christ., Frid. tr. Regis arbitrio ruptum est magis, quam Magistratus Con-  
 silio: Quam quidem ipsi Frid. haudquaquam videbatur esse tutum, cum tam  
 perfido Principe de federe pacisci: Sgitur Christ. Rege seducto, qui ali-  
 os venerat seducturus, violatis item literis, n̄ sine perfidia suspitione a-  
 pud Exteras Regiones, quibus sibi persuaserat tutissimum fore initum fœdus  
 missus est tandem in Sicem Sjnderborg, Insula Alis, carceri mancipandus  
 ibidemq; aservandus, veluti in loco tutissimo, donec de illo servando aut per-  
 dendo plenius consuleretur; Thesaurus v. quem secum attulerat, R. Christ.  
 curribus 50 et amplius impositus, mox ad arcem quandam Slesvici Ducatus,  
 dictam Pottorp est translatas, ubi tunc erat nova Regia, sed maxima Da-  
 nici Regni iactura, ingenti v. licetio Holfatici Ducatus; Cui hac ratione U-  
 niuersum Daniæ Regnum, olim liberum, videtur multo tempore fuisse tribu-  
 tarium, nec caret Miristorio providentia Divina, sic iusta iudicia dispensantis,  
 quod perfidus Rex proditus sit a perfido ac perfonato Episcopo, Operculum sane  
 tali patella dignum; Nam qui illi nunquam fidem servavit hoc iuste meri-  
 tit apud Deum, ut nec illi servaretur Fides, sed ab eo, qui etiam nuper Apostata  
 factus, recessit a Deo; profatus namq; Caritus n̄ amplius aurea sed plumbea  
 stella appellandus, cum malis artibus obtinisset Episcopatum, supplantato  
 per dolium ac versutiam suo Antecessore D. Joanne Strorea, vero Constantis  
 fimo: nimirum n̄ a Deo electus, sed a sacrilego Rege grandi pecunia Corrip-  
 to, violenter intrusus, statim defecit ab obedientia Universalis Ecclesie, sta-  
 ctus Lutherana heresicos nefandissimis Sectator, omniumq; Sacrorum Christi-  
 ana Religionis sacrilegus Violator, qui postea tribus horrendis proditiõibus e-  
 rasit infamis, premium proditor dei factus, cuius omnia sacra, quæ susceperat  
 tutanda et conservanda, per Apostasiam Lutheranicis hereticis tradidit profananda.



Olawi, Canonicis Koeschildeasis diocesis Episcoporum Cancellarius, D. Lagonis  
 Wrne, et D. Joachimi Konnov, qui utinam ita carus esset ceteris Nihil eorum Vi-  
 tiis, ut erat egregius Reuicariu[m] contemptor, fuisset profecto longa Vita dignis-  
 simus, maxime si ut affectus ita iudicis contempserat; ob hanc en. causam non  
 solum obit pauper, verum etiam Oberatus, multorum admiratione, ab illorum  
 precipue, qui ex eadem functione diuites exarserant, maxime a., quia fuerat be-  
 uerendi D. Lagonis officialis, qua functione in paucos ante ditauerat; Hic erga  
 omnes erat liberalissimus: Iste, nec in pauperes erant benigni; ille putabat bea-  
 tius esse dare, quam accipere; Itaque si tam habuisset delectum, quam habebat affectum,  
 fuisset amplissima ditior dignus, cuius animo miseratus es, qui ut est miserator.  
 dissimulans, ita minimam ab omnibus erigit, Deus opt. max.

Anno ab orbe redempto 1533. mortuus est in hebdomada sancta Fredericus Imperator  
 Danorum Rex, cum regnasset annis decem; Nam Anno 1522 in fuga Christ. Regis, sa-  
 crof. Tyranni, ex Duce Mollatia est Rex electus: Iste Fredericus ex clarissimo  
 Duce factus est Rex obscurissimus, cum tunc esset clarissimus Parentibus ortus,  
 nimirum Christiano Rege, cuius Nomen Primo, Christianissimo Patre, Ma-  
 stre v. Dorothea, Principe clarissima ac Religiosissima. omnem en. admini-  
 strati Ducatus Laudem ac gloriam infelix ac sacrilegum Regnum obscuravit.  
 Qui cum in arduis rebus gerendis esset ingenio simplici, ac propemodum ig-  
 nauo et stupido, ad corradendam tunc pecuniam esset calidus finis; sciebat  
 en. Christ. Imperatoris hostem, omnibus esse formidabilem, atque pra-  
 recipue Satrapis ac Nobilibus, quos omnes uno supplicio perdidisset, si Reg-  
 no fuisset restitutus; quoties igitur Frederico quicquam postulanti aut ne-  
 gatum, aut in mox a Magistratu Regni concessum est, contumeliosissime  
 gravi offensa, ac arte quadam furore mentito, ingererat illis inuicem fide-  
 ris suspitionem, componendaeque litis significationem cum R. Christiano, quo  
 artificio nihil non impetrabat quantumvis iniquum; Collegerat en. quosdam  
 Regni Proceribus mira calliditate, quorum familiarem consuetudinem aut mi-  
 seribus, aut conuuiuiis aut chartis et Alia rademerat; horum ingenio ad per-  
 suadendum aliis, quidquid animo concoepisset, versutis sine abutebatur; Il-  
 li v. in gratiam fucati Principis terrebant ceteros, donec ad Tyrannidis  
 consensum non iam inducerent, sed omnino cogereant; Inde factum est, ut  
 apud hunc Fredericum minor esset libertas vel expostulandi, vel torqui  
 uersandi, quam olim fuerat sub Principatu Regis Christiani, sicuti Tyr-  
 wanni; Nec sustinebat se obtestari per D. Stum ius iurandum, aut signatas  
 Regie obligationes literas, quibus de seruanda fide erat Regno, Regniq. Consi-  
 libus obstrictus solenni federe; Ab aliis flagitabat fidem firmam et in-  
 dubiam, iniquis etiam legibus extortam, quibus tunc nulla fides est seruata;  
 Neq. hoc ingenium erat illi perpetuum, sed primo natum, cum nova iustitia

Et addo: Iste vero utilius iudicabant accipere quam dare.

f. l.

vanissimi professione, qua perfidia character est, cum erga Deum tum erga Homines.  
 Huius Frederici temporibus odio Romani Pontificis abrogatum est omne jus Ecclesi-  
 asticum, adeo ut manifeste videretur Episcoporum auctoritas, potestas Ecclesi-  
 astica contemneretur, unde in hoc Regno magna vita licentia videtur consecuta  
 sublata nemisum Regum reverentia, qua homines inhumaniter viventes in Op-  
 ticio continere solet, sub huius Principatu spoliata sunt Tempa, campanis, im-  
 aginibus, pretiosis vasis, sacris S. S. Cucharistia precibus, sacris vestibus,  
 omni cultu Christiano Religionis, ad hoc decimis et oblationibus, n. spoliata ta-  
 tum, sed etiam quodam monasteria et Tempa Divinis usibus dicata, proorsus  
 molita sunt, adeoq. profanata omnia Religionis nostrae Sacra, c. S. Sanctum  
 jusjurandum, ac solentem fidem Regni Sctae promissam, ut pleriq. in lo-  
 cis vix reperitur ullum Christianae pietatis vestigium, nec ulli erant ma-  
 gis tute ac securi Regia protectione in hoc Regno, quam tanta impietatis Mi-  
 etores et Executores, cum apud hunc sac. Regem nullus erat vel iustitia vel  
 innocentia respectus, apud quem pietas erat superstitio, pudicitia Hypocresis,  
 Religio stultitia, abstinentia Insania. Habebat a. Regiam suam in Arce Got-  
 terop Ducatus Sles vicensis, nunc violenta occupatione Holsatia subiecti, cu-  
 re vara vestitissimum Dania feudum, ingenti Dania iactura, maximo v. Du-  
 catu Holsaticae emolumento, cui hac ratione unversum Dania Regnum, olim fe-  
 d. baronum videtur longo tempore fuisse tributarium: quod ex. tributarium, censuum et ve-  
 ritatum quocumq. protatu exortum, in Ducatum Slesvicensem semper est transmissum  
 Promiserat enim tempore Coronationis suae, se habiturum Regiam suam in medietate  
 Regni, sed ut neg. coetara, ita ne hoc quidem servatum est, in felix semper Dania  
 suis opibus emptam, pauctam et locupletatam Holsatiam adhuc sustinet inimicam  
 Infidelitricem ac devotricem, quid quid etiam cum bapt. Rege Christiano, compulatis  
 eiusdem ferinis, corrasum est, ad eandem Arcem Gotterop est deportatum, Hab-  
 bant a. illius ferinia vetustos quosdam Regni thesauros varios ac pretiosos, Ad hoc  
 Diplomata et libellos immunitatum Regi, multis thesauros meliores, quibus nunc  
 gaudet et gloriatur Holsatia, ita igitur ratione Danorum Regnum adeo bonis  
 omnibus vacue factum est, huius sac. Principis astutia, violentia, verpucia et calli-  
 ditate, ut relictum sit in illius obitu pauperrimum, vastatum et depopulatum ve-  
 ritatis quam regia gubernatione administratum: prope ita sanguinem fides et  
 ut opes ac thesauros, Regnum Christi. Sed n. solum aquasset, sed p. ne superas  
 cum regnasset annis, ut dictum est, decem, transgissetq. totum huius vita su-  
 et momentanea stadium in Voluptatibus, lussibus ac deliciis, qua sibi soli usurpa-  
 bat, tanquam se digna, iustitia et equitatis cura in alios delegata, veluti se indigna  
 quibus ob casum intendere hanc quaquam vacabat, irriso primam sacerdote, pecunia  
 Ministro, ceterisq. Ecclesiae sacramentis studio contemptis, formidabili rugitu voc-  
 uferans, trepidantibus pro horrore circumstantibus, mortuus est Mense Aprili N. 1533  
 paucis dolentibus.

An. Dni 1533. In Feriis D. Trinitatis, cum in Dania esset interregnum mortuo

Frederico, celebrata sunt Hafnia publica Comitia in Civitate Hafniensi, in quibus ab universo Regni Magistrali erat consultandum de electione novi Regis, quod quidem Consultatio in hoc dilata est, ut tempore in lege privati magis quam publicis commodis serviretur ac consulereetur. Erant enim Regum summa penes Regni Consules, sed inter se adeo studiis affectibus discordes, dissidentibusque, ut penè nulla de re inter illos conveniret, nedum de eligendo Rege. Porro cum non alia re magis dissiderent, quam Lutherani schismates perfidia, variationibus utriusque sententia, intelligentes quidam cordatiores ex Proscribis tam sacris quam profanis, futuram in Regno, occasione Lutheranismi gravis sinam calamitatem, cui volentes opportuno remedio occurrere, ceperunt non nihil tractare de ratione corrigendi ac in ordinem redigendi sacrilegos Concessionatores, Populum Regni à vera pietate et simplicitate subvertentes, obedientiam ac prolationem contemnentis, de faciendis patris in diversis locis sacrilegiis, de restituendis profanatis sacris locis, ac de relevandis potenter oppressis sacerdotibus ac Monachis; D. Magnus Goye Primarius Eques, ne huic tractatui cogeretur consentire, clam se subdidit, assumpto secum Inathone suo, D. Erico Erici, cuius Cancellarius persuasionibus, cum esset pertinacissimus Lutheranae factionis adiutor ac defensor, factus est induratus atque intractabilior; acta est autem res mirò artificio, sed maxima insinceritate. Magnus ille Goye absens erat praesentissimus. Ad eo prevaluit Satanas in hoc Regno dante, ut in rebus fidei ac religionis dissentiret laici non solum quidem ab Episcopis et Sacerdotibus, sed etiam Pseudo Episcopi; quales tum multi erant, à variis Episcopis, quibus adeo in usum erant nostro Christi ana Religionis sacra, ut usque ad ipsa mysteria plane contemnerentur: Episcoporum titulos, honores, pompas, salutationes, Privilegia, immunitates, Possessiones, praedia, fundos, mirò studio ambiabant, multoque strepitu vindicabant ab Episcoporum officio plane alieni; qua re factum est iusto Dei iudicio, quod nemo commoveretur ad controversiam sanioris vite, sicut adversus impietissimam Lutheranae sectam nihil posset serio desineri, quod unico tantum exemplo compertum est; Vincitur enim Regni Magistratus improbis quorundam Rorum ante signanus ipsorum Joannes Tausen vocatus est, accusatus, auditus, convictus, ac tandem remissa sententia Capitali Exilio condemnatus, sed tanto infanti vulgi Hafniensis tumultu et furore, ut de capite penè periclitarentur tam Actores quam Iudices; Ad eo nec honos, nec reverentia ulla habita est Regni Magistrali, in quorum etiam capita seditiosae haereticorum vocibus conspiratum est; In terea levissimis rationibus acta est fabula adversus eundem Joannem Tausen, quem quidem ad servum tanta rei tractatum ob fidem periculum non est perventum; accusatus enim in paucis articulis impietatis, clamabat ficta quodam simplicitate se falso accusari, pestinaciter negans, se

id docuisse aut predicasse, quod etiam Lutheravorum testimoniis aperte confessum est, tametsi nemo aperte reclamaret, ne viderentur esse conjugationis in factionem publicae factae transgressores, tantum valuit impietatis ac perfidiae Vinculum, ut factiones professores nec paterentur varisima, nec proderent falsissima, magno suarum conscientiarum detrimento; quae se palam factum est, quam haeresis res sit periculosissima, quae non solum hominum mentes demeritat, verum etiam plane excoecat; Nam cum nequasset se laudibus extulisse profanationem sacrilegam Temple D. Virginis, docuisse sacram Eucharistiam non esse adorandam, permisisse laicis iudicium Scripturarum, vetuisse plebi accessum Temple D. Virginis, adeoque coegisse hominum conscientias ad consensum factionis, maledixisse Episcopis, Sacerdotibus, et Monachis totius Regni, aliisque multa, de quibus iustissime accusabatur, et sine quibus haudquaquam fuisset Lutheranus, habuit nihilominus ex adstantibus laicis declamantes ut istos, eadem impudenter negantes, quae ille prius negaverat, non sine risu quorundam ex magistratu, qui ab eisdem civibus diversam relationem audiverant, antequam res ad iudicium pervenisset: verum rebus impiis palam diversum testantibus, obstricta sunt loquentium ora iniqua, ac tantum lata in illiis condemnationis sententia, quae perpetuo sit damnatus exilio; Porro post mensis spatium successit, ne videretur contemptum manifesto dare occasionem gravioris dissidii: Sed quoniam diverterit ad Magistrum Equitum, id est Mag. num Gage totius Lutheranismi propugnaborem in hoc regno, quo vocatus erat; illius Interventu, eiusque filia ab Episcopo ab armata, restituta meruit: Episcopis enim Roeschil densis haeresi, quam Religione adiectior, utriusque Patris se. Filia in portunitate victis, non minus fluit quam temere contra decretum totius Magistratus consensu eundem Joannem Saiken esse in Hispaniam remittendum; Est mag. remissus, cum vii quidam. acim diebus absisset, posterioribus prioribus deterioribus factis; Haec v. gravissimam injuriam, mirandum est, a Magistratu Regni fuisse toleratam; Quicquid igitur Lutheranismi fuit in hoc Regno, Usurarium, meretricium, sacrilegorum et Crapula fervientium Patronis vigeat, in odium Cleri, pudicitiae, sobrietatis, abstinentiae et omnium factorum Christianae Religionis: Quae cum in multis saeculis observata sunt aut pro virtutum custodia, aut pro Divini cultus Majestate, ab hoc Pseudo. Episcopo sunt impudentissime contempta: Porro quam erat stertus et fucatus, huiusmodi de argumento palam fecit: Frederico enim Rege adhuc vivente solitus erat graviter cominari Lutheranos a morte Frederici superstites, quibus postea non solum negare, verum etiam magno favore, magnificis donis ac multis honoribus profectus est maximo simplicium Conscientiarum offendiculo, qui nihil aliud metuebant futu- rum ex huiusmodi proxiis, quam ingentem Religionis et Pietatis ruinam.

Eodem Anno cum Lubecenses insolenter nimis rerum successu, iam facti ho- stes non tantum Casaris, sed totius Christiani Orbis ob Lutheranismi perniciam, cui promptissimis de pertinacissimis animis addicti erant, coeperunt Syriticam exer- cere in Hollandos, ac universos Casaris subditos, aut propria temeritate acti, aut quorundam Lutheravorum Principum, defectionem a Casare paratum, Clancula- rii consiliis instigati: Casariani v. non ferentes publicos Prodones, liberum mare in

stantes, emissa Classe instructis fœnarum navium, ius ferunt inquiri subeensium na-  
 ves atq; de illis dignum sumi supplicium; quod cum in nonnullis prospere successisset,  
 coeteri timentes mox fugerunt; vehementer gavisi, quod Casarianorum manus effu-  
 gissent, venientemq; in proprium portum, ibidem tota hieme quiescent; quod cogno-  
 scentes Casariani, decreverunt in Dania hibernare, quo essent in proximam astra-  
 tem paratiores, vel ad resistendum, vel ad invadendum subeensium Copias; ut  
 eni: erat dubius rei eventus; ita incertum utriusq; Propositum; Res tota oc-  
 cultis quibusdam rationibus est acta; Interim Danis fluctuantibus n̄ sine  
 gravi metu, quibus iminebat bellum vel à subeensibus vel à Casarianis, ni-  
 si utriusq; partes prudenter dissimulasent.

Eodem Anno Episcopus Roeschildensis, repertus in Arce Stortholm literis super iure,  
 quod Ecclesia Roeschildensis habet ad Arcem Stavniensem, veterem suam possessione,  
 nem postulavit à Dominis Capituli Roeschildensis, sibi suisq; heredibus dari, n̄ quod  
 esset spes recuperanda Arceis, oblongam proscriptionem, sed ad sapiendas in futurum  
 omnes lites, credebat eadem à se redimendas, aut perpetua aliqua Possessione,  
 aut certa pecunia summa, quod cum illi consultis sine negaretur, graviter in quos-  
 dam est offensus; Atoritia morbo adeo excoecatus erat, ut nec postulantis in-  
 prudentiam animadverteret, nec negantium prudentiam iuste expenderet; ab  
 illo namq; tempore capit palam ad Tyrannum et Lutheranicum fieri, cum iam tenta-  
 bat n̄ potum violare publica et longo usu confirmata iura, verum etiam propri-  
 um ius iurandum, quo se obstrinxerat n̄ solum ad conservationem Privilegorum  
 ac libertatum Ecclesie Roeschildensis, sed etiam ad eandem defensionem ad-  
 versus quoscunq; Invasores, quantumvis potentes et violentos, ne boni Pastoris offi-  
 cium negligere videretur. Atque prudentis sumam simul et iustis finem targi-  
 conversationem sic ultis est in totam Capitulum Roeschildense, occasione namq;  
 et prototypa defensionis Cleri ad versus violentiam Nobilium profanorum vi occu-  
 pavit ius totius Cleri perpetuo possessionem, accepta ab inquilinis ejusdem perpe-  
 titia subjectionis obligatione, quo exemptos à iure propriorum dominorum sem-  
 per sibi haberet obnoxios.

Veram huius juris occipatio / qua visus est primo co-  
 natu tantum à singulis singulorum inquilinis unam darent tonam quævis se / pro-  
 statit eidem magnam questus materiam, quod postea rebus semper in deterioribus ver-  
 gentibus, manifestis argumentis compertum est; Nec potuit ab hac invasio-  
 ne ullis rationibus revocari; Pulsatus primum instantis semis precibus, ob-  
 testatus deinceps de fide juris iurandi palam prestite, ac sigillo et propria mani-  
 signati, sollicitatis demum Consiliis et hortatibus cognatorum et amicorum,  
 ac precipue Fratris Cleri Konnow: D. Thijonis Krabbe; et D. Joannis Worne  
 ut coeptis desisteret, adeo ad hæc omnia obstitit, ut, factis ipsa impudentia  
 ut impudentior, et ipsa insania insanior, omnino perdiserit in sua sententia; Nec  
 unquam Clerus tantam pertulit Tyrannidem ab illo profano Principe, quantum  
 ab hoc Personato et Hæretico Episcopo; Atque tam violenta Tyrannidis causa  
 erat Dania regni Interregnum in hoc etiam studio quorundam Potentium pro-  
 ro,

negatum, ut  
 nullo Rege iusto iultore existente, liberam exerceant Impii Tyrannidem  
 quam ob causam proflitisset, jam dudum in Dania esse hereditatem, et electionem, quoniam  
 videmus hereditatis regna semper esse florentissima, Electionis v. miserrima et infelicitissima,  
 multorumq. preda et Tyrannidi semper exposita.

Hac unica violentia, in qua se crudelissima gessit, abest terris universum Clarum,  
 ut eidem postea quodvis petenti nihil unquam negaretur. Nam mox obtinuit postu-  
 lationem super Arcem Hafniensem, paulo antea negatam, eodem iure obtenturum  
 Angliam et Suecia Regnum ab eisdem donatoribus, ipso Postulatore stultiore  
 quibus nec licebat iam possessa illi mortalium dare, ne diem olim amissa, si  
 illa per vim fuerant occupata, sive iure permutationis alienata, nam de ea  
 re variabant multorum capita: Quod se Rex Hafniensis illo iure poterat ob-  
 tinere ab iis, qui nunc possident, si minus pertineret ad sedem Roeschilden-  
 sem, quam coetere ejusdem sedis Arces, nunc possessa.

Anno Dni 1633 in Festo S. Martini celebri Magistratus Regni Conven-  
 tu Ottonia congregato, ac presentibus ibidem Caroli Caesaris Nunciis, ictum  
 est perpetuum fœdus inter Danos et Cesarianos odio Lubecensium, qui mira  
 iniquitate liberum mare infestantes, Piraticam exercebant in omnes Occidenta-  
 les, Cesaris Imperio subiectos.

Eodem Anno mortui sunt Equites Turati duo, unus in Scania, D. Mauri-  
 tius Jacobi, alter in Theonia D. Joannes Biornsen, decoctor magnarum et  
 multarum possessionum maxima fiberorum suorum injuria, ut eum contem-  
 debat universos pompa armorum, Equorum, frenorum, Hippiorum, phalera-  
 rium, ornamentorum, et conviviorum procedere, ita publica fabula factum  
 omnibus fuit risui, ut solent ii, qui stulta gloria sibi ipse plus satis placent.

Eodem Anno 1633: mortuus est in Monasterio Bursglanenensi D. Sico-  
 laus Stigge, vir nobilis, planis diebus, mundo magis quam Deo dives, qui  
 tota vita sua unicam sobrietatis Virtutem coluisse fertur, ceterarum egregie  
 vices contemptor: fuerat olim ex Monacho Bursglan: Episcopus Bursglanen-  
 sis, factus, Monachatu proptus abdicato, ac vita spirituali procul ablegata, nam ut  
 diu ita semper male vixit, luxibus, lascivia, chartis, aleis, et torrendis sagit-  
 tatis totam vitam usq. ad senectam transigens; siquidem hoc Artificio oblecta-  
 bat sese subinde, luxibus ac Vanitatibus fatigatus, a nemine repressus ab-  
 iocari blandis et exhilaratus, nisi quoties illi aderat nobilium meretricum  
 turba, aut Scurrarum, Mimorum, et adulatorum grata societas; Nam tem-  
 pore Regis Joannis ob infamiam semel fuit ejectus a Coetu Magistratus  
 Regni, tanto ferio, ut postea agre sit receptus, multatus prius gravi poena  
 cui tunc hoc nomen ignoscendum est, quod ex profunda ignorantia multa fecit  
 ignorans et errans, putabat, longa consuetudine, et multo verum usi Episcopa-  
 tum non esse Officium, sed Statum, non administrationem, sed Presidentiam, non  
 functionem aliquam spirituales dirigendis animis destinata, sed secularem  
 quandam dignitatem congregandis pecuniis delegatam: Hinc tunc, quia pia ere-



dimis obuisse poenitentem, sibi ex Animo displicentem, ac Domino divina Misericors.  
dis confidentem, commendamus ex Christiana charitate Clementissimo Deo, misericor.  
dia illis recipiendum, qui suam poenitentiam tum donat, tum approbat.

1<sup>o</sup> Dni 1634. cum exorta est gravis senuetas inter Lubecenses, Lutheranos et Occidentales  
Orthodoxos, Casaris imperio parentes, de jure navigationum, a quibus Lubecenses contende-  
bant Occidentales esse arcendos, atq; ad certum numerum navium esse cogendos, accap-  
tis utringq; damnis; Hamburgensov. videntes imminere gravem calamitatem, impe-  
trant a Dna Charia Caroli Casaris sorore, ac ejus nomine per Germaniam in-  
ferocem regente, celebrari in civitate illorum Johannem Conventionum inter eos,  
adem super tractata inveniendae faderis, aut componendae perpetuae pacis; Lubecen-  
ses igitur multis dolis et technis obtinuerunt fodus Hannoverum, animo interim  
belligerandi adversus Holfatas, Danos et Suecos, etiamsi conventum erat cum Oc-  
cidentalibus et Casarianis, ne unquam fodus facerent cum Lubecensibus, nisi  
Holfatis, Danis et Suecis sub eodem fodere comprehensis et conclusis.

Eodem anno obsederat grandi Exercitu multorum Principum simbolo co-  
iacto: urbem quandam Westphalia, nomine Monasterium, Episcopatus Mo-  
nasteriensis, qua Lutheranismi occasione rebellis et haeretica facta, insania  
et impudentia omnes Lutheranos urbes vicerat. Erat namq; in ea urbe pra-  
eter Lutheranos etiam Sacramentarii et Anabaptista, penes quos erat verum  
summa, Lutheranis propemodum ubiq; per nascentem contemptis ac neglectis,  
quod quibusdam in rebus modestius insanserant, quam vel Sacramentarii, vel  
Anabaptista.

Lubecenses jam a Casarianis liti, coacto grandi Exercitu Duce ejusdem  
Comite Oldenburgensi, statim missis fovealibus, ex inspirato denuntiant bel-  
lum Clarissimo Principi Christiano, Duci Holfatiae, circa festum Ascensio-  
nis Domini, moxq; Holfatiam ingressi vastant omnia, praecipue Nobilium,  
bona ferro et igne.

Interea dum haec aguntur, ancipite spe, incertaq; Victoria, Malmogenses  
vetari perfidia Insignes, nemioq; verum successu elati, n̄ tam Lubecensium fa-  
vore seducti, quam nobilitatis exstinguendae desiderio flagrantis gravissimam  
moliuntur perditionem adversus Regni Consules et Magistratus, univrsam  
nobilitatem, Malmogiensibus aliocui addictissimam. Porro Evangelium,  
quod tam falso titulo ab Haereticis predicatum est, cum apud Malmogenses,  
tum apud Hafnienses etiam, n̄ erat Christi negotium, sed N. Christierni, sa-  
mosi Tyranni in hoc magno studio procuratum, ut perditis primis Clero, ac  
universa Nobilitate exstincta vindicarent tandem dui affectatam Carnis li-  
bertatem, ut sub Personato Rege, omnis Nobilitatis Osore, vitam viverent  
plane ignobilem, nimirum feditiosam ac probrosam, ac procul sine  
lege destabilem.

Anima vertentes itaq; Chalmogenses nunc adesse opportunum Tempus perficiendi, quae olim decreverant, n̄ solum ob inter regnum, aut Nobilium periculosa dissidia, Verum etiam ex imminente bello Liberepsi, subornant perfidiosi Coes huius infamis proditionis In famam Ducem ac Principem, nemirum Georgium Coem Westphalum, fabrum monetarium, primarium Civitatis Consulem, hominem furivis, usuris, sacrilegiis, multis adultariis infamissimum. Hic ex foce plebis collecto magno numero, feria septima Inter Calwas Pentecostes, quae erat 28<sup>us</sup> dies Maij, sub horam diei nonam, dolo vocatum Commune colloquium Magnam Wildenstierne, Arcis Chalmogensis Praefectum mox captivum tenuit, Arcem per fraudem intercepta continuo eam Arcis partem, quae urbem aspiciat, demoliri fecit, ab ipsis etiam fundamentis, aliosq; duos à Chalmogestrati Regni Nobiles Viros, D. Frigotum Gregorii et D. Nicolaum Padebiff ad bona fide venientes, nec quicquam mali suspicantes captivos fecit. Quosdam etiam Nobilium Liberos, Chalmogiam instituendi gratia missos, jam à Parentibus revocatos, tenuerunt captivos, ceterum de causis et Arcem stantibus huius horrenda proditionis, deq; tanta Rei successu videbitur in progressu.

Eodem anno ac ipso die Pentecostes moritur quidam vir D. Simon, Canonice Roschildensis, plenus dierum, semper religiosus et probus, tamen quorundam opinione fuerat erga pauperes inclementior; Cui successit in Canonicali filius nobilis Viri, sed Haeretici, Canonicus Ebbonis, nomine Cornificius, adhuc Puer, quales tum multi fiebant Canonici, Redituum Possesores, sed officiorum ac laborum haudquaquam Successores; Eisdem ferme diebus vita functus est Vir valde Venerabilis, Vita et Conversatione Integerrimus, moribus v. et constantia gravissimus, Chag. Nicolaus Conradi, Archidiaconus suadensis, longa vita dignissimus, si ita visum fuisset Superis; Cui successit nobilis quidam ex Canonicis, Chag. Holigerius Schalere, vir quidem humanis virtutibus praeditus, sed parum spiritualis et religiosus.

Eodem Anno Comes de Oldenburg, nomine Christophorus, & Christerne Consanguineus ex Holsatia, quam invaserat. Liberepsium opera Christerne deicis armis pulsus, ipso die 10000 Martyrum venit in Portus Siællandia, Liberepsium navibus transvectus, occupaturus, si pro voto illi omnia succederent, n̄ tantum Siællandiam, sed universam Daniam nomine R. Christerne, iam Captivi, cum quinque tantum noctem quiescissent, diluculo profecti S. Joannis Baptista, terram ascendentes, eodem die Roschildiam pervenerunt, ubi mira alacritate vulgi iuratum est in novum Principatum, nullo sanguine fuso, ac pane nulla vi admota; In Civitatem Episcopi mira spoliandi libidine grassatum est, atq; in quosdam Clericos graviter saevitum, sed potius saevitia Militum, quam iussu Principis, à quo minarum Violentia sic multis est intentata, ut nihil n̄ impetraret; hic videre licuisset, quanta sit ignobilis vulgi Insania, quod nullo iudicio, nullove Consilio praecipit in

omnem immanitatem, nam ante finem tridui adeo defecerat universum si-  
 calanda vulgus a propriis dominis, sic urgente valida conspiratione, ut n. so-  
 lum incenderet ac spoliaret Nobiliūm aedes, sed etiam perderet ac captiva-  
 ret bonam Nobiliūm partem, si licuisset; Erat enim iustum dei iudicium,  
 quod nobilitate imminerebat, nimirum crudelitatis, Charitiae, Superbiae ac  
 Hæreseos condigna pena; nam Lutheranismus hæresis omnium maxima adeo  
 illorum Ingeniū arridebat, ut solo Cleri odio facti erant omnium sacrorum  
 Christianæ Religionis impudentissimi Contemptores, hoc nequiores, quod Evan-  
 gelii titulo ad Pietatis specie ficerent omnia, cum essent aliogque scele-  
 ratissimi; Nec aliis fecitū est prædicati Lutheranismi fructus, quam  
 communis vulgi rebellio, et inobediencia, diu antea multorum Vaticiniū  
 pronūciata; Porro Divina ultione factum est, ut hæc tragœdia tanta  
 celeritate ageretur, ut ipsis Nobilibus omne repugnandi Consiliūm pro-  
 clisum sit, mutua à se distantia, nec tantum distabant à se Corporum  
 societate et Commercio, sed etiam animis dispidebant, sibi invicem pa-  
 rum fidentes. Et ex Nobilibus, qui tenues erant, n. minus erant diti-  
 coribus et potentioribus infesti, quam ipsū ignobile vulgus, unde fac-  
 tum est, ut pleriq. ex tenuibus etiam ad partes Christianæ Regis desi-  
 cerent, sic aedes et facultates suas ab incendio redimentes. Deceverant  
 enim Scallandia Proceres, quæto rûmore venturi Hostis ex Hæstria, re-  
 spugnare, quo tamen n. congregari poterant obiuratum Danorum tardi-  
 tatem, quorum id circo tarda sunt Consilia, ac tunc maxime, quando res  
 ardua maturitatem flagitat; Quidam etiam illibenter credebant se  
 Hæstriaensibus ob perfidia suspicionem: Erant enim ex Hæstriaensibus  
 multi, quia Lutherani Christi. & addictissimi, quidam vero Nobilitatis  
 opores gravissimi ob negotiationes, quas exercebant ditiores, maximo  
 omnium Civitatum detrimento, ac perpetuo earundem murmurē; si-  
 quidem Nobiliūm Negotiationes et Tyrannis videtur fuisse præcipua  
 huius tragœdia causa; Mercatus bonū erat Civitatum maxima jactū-  
 ra; pastiva vero eorundem erat Rusticis ut novū onus ita intolerabile,  
 nec factum est, ut avaritia & avaritia causa ruerent in mutuam perditionem.  
 Porro cum præfatus Comes de Oldenborg unam tantum noctem transisset. Roē.  
 scheldis, exiit ibidem Cæsar Episcopi, nomine Dystrop, et incenso castro Hæstria-  
 borg, ad oppidū Høgense profectus est, quò cum pervenisset, ibidem castra me-  
 tatus est, capitiq. reparare veteres munitiones, paulo ante destructas, quò illic  
 haberet tutiora Prosidia, ac liberiores excursions; Interea libere gradfa-  
 tum est in aedes et bona nobiliūm, ac illorum inprimis, qui vel differerebant  
 vel tergiversabantur jurare fidelitatem & Christianæ: Hinc ex omnibus

Scalania Angulis confluebant Nobiles et Ecclesiastici, et praece redemptiori su-  
 as ades ab incendio, ac fidem promissuri S. Christ. nova et insolita iurisjurandi  
 formâ, eaq. dura et intolerabili, quàm quidem nemo jurantium fateri auctus est, quâ  
 et quomodo iuraverit. In omnibus regnabat Dna avaritia, in exactoribus jurame-  
 torum, nôt vindicarent Regnum; In iurantibus, ne Regnum amitterent, imo ne  
 fundum aut adem perderent, parati erant quidvis, quantumvis iniquis rationibus  
 iurare. In Scallandia igitur nulla Victoria gloriosior fuit, quàm incendiū et  
 Spoliū, tametsi multa feliciter gessit contra Nobiles, proditione Civium et  
 Rusticorum. Huiusmodi namq. armis expugnata fuit Nobilitas Scallan-  
 dia fere tota; à qua ob imitationem Tyrannidis S. Christ. Populus  
 per meritabatur de fectionem, adeoq. tantis votis ambiebat Regnum  
 Christ. S., quod aut contineret Nobiles in officio, aut prorsus exstingveret.  
 Et quoniam D. Joachimus Nonrow tunc pro electo Episcopo Joëschilden-  
 si habitus, iram Dei ob haeresin et impietatem contra se iuste provocau-  
 rat, erat en: Versutissimus et callidissimus, nec ulla re insignis, nisi  
 impostura, Violentia, Tyrannide, ac Avaritia, quare etiam omnium  
 bonorum Virorum odia et invidiam in se concitaverat, iusto Dei iudicio ab  
 invasa functione, et occupata verius, quàm legitime oblenta turpiter de-  
 positus est, non suo tantum Pudore, sed etiam amicorum omnium, maxi-  
 moq. detrimento Ecclesia Joëschildensis, quàm in hac depositione multa  
 Ecclesia bona tum destructa, tum alienata sunt.

Eisdem Diebus cum Hafnienſium Civitas esset multis proditionibus  
 infamis, fide nec servata Deo, nec Regni Magistratibus, quando occultis Con-  
 silis, et clandestinis machinationibus idem molirentur Hafnienſes, quos  
 perfidi Halmogienſes; Simulabant sese non facturos Civitatis Deditionem  
 donec S. Christ., carceribus exemptum, viderent portis Hafnienſibus resti-  
 tutum. Verum nondum exacto 10 dierum spatio, tradita est Civitas in  
 potestatem Comitis, nulla urgente necessitate, sed mera libidine perdendi  
 Dnem Joannem Wrne, Arcis Hafnienſis Praefectum, et universos Regni  
 Nobiles, quorum erant perfidissimi Prodiores futuri, etiam eorundem crui,  
 delictissimi Carnifices, si, quod moliebantur ardentissimis Votis pro arbitrio  
 succedisset; Nec alia potiore lege tradita est Civitas, quàm ut circum-  
 jacentem Viciniam, integro milliari continuiam Hafnienſium Civitati,  
 perpetuo iure susceperet occupandam. Deditionem igitur Civitatis mox  
 consecuta est Arcis Deditio, Militibus à Dne Joanne Wrne perfidissi-  
 me deficientibus, adeoq. violentia et proditione Deditionem argentibus,

adeoq Violentia et proditione deditioem argentibus, ut omnino prohiberi  
 requiret, neq; eo proelio sine proditione aliqua fuit parata Victoria, adeo invalu  
 erat eo seculo Proditorum malitia. Scaniaensibus interim tumultuantibus,  
 ac rebellionem molientibus, eligitur in Episcopum Roeschildensem Gustavus  
 Frolle, olim Archiepiscopus Upsalensis, homo levis et inconstans, ac anic  
 mi ferocis, minas et eadem spirantis in omnes, quibus ille male volebat,  
 sed nondum accepta possessione, destitutus est, supplantante illum Procer  
 fore suo Dno Joachimo Ronnow, donatione decem millium Marcarum  
 Danicarum; nam bina vice emerat Ecclesiam Roeschildensem, semel  
 a R. Frederico, sex florenorum millibus, et nunc iterum a Comite Chri  
 stophore decem millibus Marcarum Danicarum; Gustavus vero sic  
 cessit in Episcopatu Ottoniensi turpiter fugienti Canuto Henrici, qui  
 magnam decaisionem dederat huic bello ob non servatam fidem Regi  
 Christierno, jam infelici captivitate detento.

Scaniaenses vero, quam desperabant diu expectata Svecorum Auxilia et  
 Prosidia, videntes validam contra se irruptionem, nec habentes fidem  
 Civibus Landis cronensibus, apud quos paraverat sibi prosidia, inde fu  
 isent repugnaturi, tandem etiam juris jurandi Sacramento junge  
 runt se Comiti Christophoro non sine gravi offensa Gustavi Svecorum  
 Regis, a cujus en solenni federe hac ratione discessum est.

Eisdem diebus, cum Theonia, invaserunt Theoniam Holsatia et Suti hanc  
 stes Comitis de Oldenburg, invaserunt Theoniam Holsatia et Suti hanc  
 defectionem graviter ulciscantes, non solum direptione facultatum Civi  
 tatis Ottonensis, verum etiam intersectione crudelissima multorum  
 Civium ejusdem; Verum non potentes uti Victoria a vigilantissima  
 Comitis militia, usq; ad unum in Oppido Nijborg aut capti aut inter  
 fecti sunt, fugientibus paulo antea, quam erat congregendum, Dno  
 Joanne Rantrow et Petro Ebbonis, ejusdem belli diebus.

Illusterrimo interea Christierno Holsatia Duce in Regem a Su  
 ctis Electo, mittuntur Legati ad Regem Svecia, eundem persuasi  
 vi, ut Scaniam invadat, qui mox coacto grandi Exercitu, cepit Op  
 pidium Halmstadense, non sine gravi jactura Svecorum, moxq; War  
 bergense Oppidum obsidione cingentes oppugnant, sed diu frustra,  
 irritis semper Svecorum conatibus, qui Hametti erant viribus supe  
 riores, fortuna tamen erant longe inferiores, si verum exitis pro  
 cernis respondebant.

Santum.

Acad  
Alb  
And

Ar

Dir

Bell

Ben

Mil

Por

Big

Car

Car

Wh

Index precipuorum  
tam virorum Nominum, quam rerum memorabilium  
qua in hoc manuscripto continentur

|   |                  |  |
|---|------------------|--|
| Academia Hafniensis origo                   | p. 4             | Dolo capiti à Canuto Henrico p. 37.                              |
| Alberte, Petrus, Professor                  | p. 4             | in Carcere Lynderborg servat. p. 37.                             |
| Andreas, Johan. Episcopus ottonensis        | p. 6. 8. 18. 37. | juramentum illius nomine   |
| in Carcere conjicitur                       | p. 12.           | prosum p. Christophorum  |
| a Libeccis liberatur                        | p. 13. 15. 37.   | Comitam  |
| Arumboldus, Angelus, Legatus Papa           | p. 12.           | Christiern. 3 <sup>us</sup> ut dix. pugnat cum Christoph. p. 43. |
| in India Struuntur                          | p. 13.           | Phoenicem occupat  |
| fugit à xp. 1201                            | p. 13.           | Reg. elegit à Suedis   |
| Antoniobus                                  | p. 13.           | facit cum Rege Sueciae   |
| Birgerus, Rex occiditur                     | p. 2.            | Christierni, Andreas, Doctor                                     |
| Archiepiscopus Gudenensis                   | p. 6. 13.        | Christina, Regina Johannis                                       |
| Bellum Dethmarsicum infelix                 | p. 7.            | in Suecia male tractat. p. 7.                                    |
| cum Suecia et Libeccis                      | p. 9.            | Christophorus, Rex moritur                                       |
| Benedictus Johannis, Archiep. Upsal         | p. 3.            | Comes de Oldenborg   |
| Bille, Nicolaus, Castra Chr. P. de Comburd. | p. 36.           | in Hallandiam venit  |
| Borstorps, Joann. Archiep. Gudenens.        | p. 4. 6.         | Hafniam occupat  |
| Bjirstrop, Episc. Roepshild.                | p. 47.           | Claafan, Nicolaus, Episc. Arkiensis                              |
| Canutus, datus                              | p. 1.            | Cocus, Georgius  |
| martir, Duc                                 | p. 1. 60.        | Columba, Concubina Chr. 1 <sup>o</sup>                           |
| Adolpho rebellat et occidit.                | p. 8.            | Cometa magnus  |
| Petrus                                      | p. 12.           | Conradi, St. Nicolaus, Archidiaconus Lund.                       |
| Cornelius, Canon Roepsh.                    | p. 46.           | Dorothea, vidua Christophori d. Chr. 1 <sup>mo</sup>             |
| Carolus, Canuti, Rex Sueciae                | p. 3.            | Roman profecta; et obit  |
| Haraldus, Comes Flandriae                   | p. 7.            | Abbonis, Canutus   |
| Episc. Hamerensis male afficit              | p. 15.           | Petrus   |
| à Chr. 1 <sup>o</sup>                       |                  | Elisabetha, fil. Regis Joannes                                   |
| Christiernus 1 <sup>mus</sup> , Rex factus  | p. 2.            | Ericus, bonus, Rex   |
| agorem cepit Dorotheam                      | p. 2.            | Rex Sueciae  |
| Rex Sueciae                                 | p. 3.            | Polonus, Rex   |
| Roman proficiscit.                          | p. 4.            | Dux et Rex, fil. Magni Ladislaus                                 |
| morbo illius                                | p. 4.            | Erici  |
| Regis elegitur                              | p. 5.            | Professor  |
| matrimonium cum Isabella                    | p. 10.           | Epnerne, Joannes, Canonicus                                      |
| in Suecia triumphat                         | p. 15.           | Estroda  |
| eius crudelitatem in Suecia                 | p. 16.           | Euphemia, fil. Erici Regis                                       |
| facit in Episcopos                          | p. 17.           | Gjylerus, Episc. Arkiensis                                       |
| in alios                                    | p. 19.           | Jadis Dano-Sueciae Calmaria                                      |
| peregrinos introducit milites               | p. 21.           | Dano Casareanum  |
| Legatum Poloniae submergit                  | p. 22.           | Jris, St. Andreas, Cantor Hafn.                                  |
| in India Regni Confilibus Struct.           | p. 22.           | Fridericus, Comes Oldenb., Pater Chr. 1 <sup>mo</sup>            |
| Suti rebellant                              | p. 23.           | Erud. 1 <sup>mus</sup> elegit.                                   |
| fugit à Danica                              | p. 23.           | Hafniam obsessam capit   |
| ad Norvegiam venit                          | p. 26.           | Coronatur  |
| pugnat in Suecia infeliciter                | p. 36.           | pac. cum Rege Sueciae  |
|   |                  | Carum edit seruis segetis  |

|   |   |
|---|---|
| Alia nupit duci Borussia p. 28. 29.           | Magnus, Dargesi fil. p. 2.  |
| Episcoporum ius restringit. p. 29.            | Smeg, Reg. Suecia p. 2.   |
| Polonium Lutheranicis dedit. p. 33.           | Malmogenses rebellant duce Georgio Coco p. 45. 46.                                |
| In comitiis tractat de Lutheranicis p. 33.    | Manerjöld, Magnus p. 1.   |
| et papales p. 39.                             | Margaretha fil. Chr. I. nupit. Regi Suecia p. 8.                                  |
| mercklin p. 39.                               | Mathias, Episc. Strengeneris p. 16.   |
| G. Georgius; Lutheranicis p. 28.              | Chauritius, Lutheranicis p. 28.   |
| Trugotus p. 46.                               | Chunch, Svarus, Episc. Ripens. p. 10.   |
| Erharda Comitis de Oldenburg atrocencia p. 5. | Chule, <del>Andreas</del> , Episc. <sup>Altoonae</sup> <del>Altoonae</del> p. 24. |
| et potentia laicis adversus illum p. 5.       | Chuis, Andreas, Episc. opploerj. p. 24.   |
| Loe, Magnus, Magister Equitum p. 28. 29. 36.  | Nicolaj, Jacobus p. 31.   |
| II. 42.                                       | Norbije, Severinus p. 25. 26.   |
| Rob, Andreas, Episcop. Ottonenf. p. 6.        | Norvagi rebellant p. 8.   |
| Nicolaus, Episc. Wibergerf. p. 6.             | Olavi, Laurentius, Canonic. Roese p. 39.  |
| Edenstjerne, Magnus p. 46.                    | Oze, Torbern p. 11. 12.   |
| II. 42.                                       | Petri, M. Martinus p. 11.   |
| II. 42.                                       | Charais p. 15.  |
| II. 42.                                       | Petrius, de Scotia, Professor p. 4. 6. 15.  |
| II. 42.                                       | Prata varia p. 9. 13.   |
| II. 42.                                       | Podebusz, Nicolaus p. 46.   |
| II. 42.                                       | Rijnd, Magnus p. 15.  |
| II. 42.                                       | Rantxov, Ioannes p. 49.   |
| II. 42.                                       | Ravaldi, Nicolaus, Archiep. Ups. p. 4.  |
| II. 42.                                       | Ronnow, Gylenis p. 43.  |
| II. 42.                                       | Joachimus, Episc. Roesechild. p. 32. 35. 39. 42. 44. 48. 49.                      |
| II. 42.                                       | Joannes, Reg. Danica. Igoren dicit Christianam p. 4.                              |
| II. 42.                                       | coronatus p. 5.   |
| II. 42.                                       | Sueciam vincit p. 6.  |
| II. 42.                                       | in Ditmarlia infelix p. 7.  |
| II. 42.                                       | felix contra Svecos et Russos p. 9.   |
| II. 42.                                       | modicus p. 10.  |
| II. 42.                                       | Episcop. Archipens. p. 4.   |
| II. 42.                                       | Lutheranicis p. 28.   |
| II. 42.                                       | Edith compromitt. a R. Valdemaro p. 2.  |
| II. 42.                                       | Rijnszsa, Valdemari fil. p. 1.  |
| II. 42.                                       | Rabbe, Tijcho p. 25. 26. 43.  |
| II. 42.                                       | Sampsing, Mauritius, Rector p. 15.  |
| II. 42.                                       | Schalore, M. Holigerus, Archidiacon. Ludo. p. 46.                                 |
| II. 42.                                       | Seotberg, Georgius, Archiepisc. p. 12.  |
| II. 42.                                       | Sigisberta p. 21.   |
| II. 42.                                       | Simon, Canonic. Roesechild. p. 46.  |
| II. 42.                                       | Sitularius, Ioanes p. 30.   |
| II. 42.                                       | Sophia, Regina Frid. I. coronatus p. 27.  |
| II. 42.                                       | Conjug. Waldemari p. 1.   |
| II. 42.                                       | Solera Religio in Danica p. 14. 93.   |
| II. 42.                                       | Lutherani invadunt templum D. Virginis. p. 34.                                    |



|       |                                      |                               |
|-------|--------------------------------------|-------------------------------|
|       | Steen, Magnus                        | p. 15                         |
|       | Stara, Gubernator Vecie              | p. 3. 5                       |
| 5. 46 | Stigoti, Otto                        | p. 25. 27                     |
| 1.    | Stygge, Nicolais                     | p. 44.                        |
| 8.    | Sven Stridson, R. Danus              | p. 1.                         |
| 16    | Syllesborg, oppidum pollicatus       | p. 25                         |
| 28    |                                      |                               |
| 40.   |                                      |                               |
| 24    | Tausen, Joannis                      | p. 27. 28. 33.<br>34. 35. 41. |
| 24    | Thüo, Vibergensis, Archiep. Lüdens.  | p. 4.                         |
|       | Tillemannus Sleet, Profess.          | p. 4.                         |
| 31    | Trolle, Gustavus, Episc. Roesch.     | p. 49                         |
| 5. 20 |                                      |                               |
| 8.    |                                      |                               |
|       | Ulfrve, Ingrid                       | p. 1.                         |
|       |                                      | p. 43. 48.                    |
| 39.   | Urne, Joannes                        | p. 10. 32. 39.                |
| 12. 2 | Lago, Episc. Roeschuld.              |                               |
|       |                                      |                               |
|       | Walchendorph, Ericus, Archiep. Norf. | p. 25.                        |
| 11.   | Waldemarius 1 <sup>mus</sup>         | p. 1.                         |
| 15.   | 2 <sup>us</sup>                      | p. 2.                         |
| 15.   | Vascularius, Nicolais                | p. 30.                        |
| 13.   | Weylensis Civitatis incendium        | p. 25.                        |
| 6.    | Wesphalus, Theodorus                 | p. 16.                        |
| 5.    | Vincentius, Episc. Scharenfis        | p. 16.                        |
|       | Wormodius, Franciscus                | p. 17. 31.                    |

49.  
4  
43.  
35. 9.  
42. 4.  
8. 49.

n. 15  
n. 46  
n. 12  
n. 21  
n. 46  
n. 30.  
n. 27  
n. 1.

